

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

FLAVII
IOSEPHI
OPERA, IN SERMO-
NEM LATINVM IAM OLIM

CONVERSA: NVNC VERO AD EXEM-
plaria Græca denuò summa fide diligentiaq; col-
lata, ac plurimis in locis emendata.

*Quid hac noua Editione præstitum sit, uerso mox
folio, uidere licet.*

Accessit Rerum & Verborum toto Opere memorabilium
locupletissimus INDEX.



CVM CAESAREAE MAIEST.
gratia & priuilegio.

BASILEAE, EX OFFICINA
Frobeniana. M. D. LXVII.

TYPOGRAPHVS LECTORI

candido.



*V*n post distracta omnia IOSEPHI nostri Latini exemplaria, Lector candide, nouam instituissemus editionem, atq; etiam ab amicis aliquot, ut id faceremus, rogati essemus: quod dicerent, Opus hoc partim castigatione, partim noua etiam conuersione indigere: non potuimus non equissimæ huic petitioni morem gerere. Indies namq; quasi θεοπρόσδους ardor quidam promouendi rem literariam crescit in nobis. Vt igitur quid in hac noua editione præstitum sit, tibi constet, paucis percipe.

Sigismundus Gelenius

ANTIQUITATVM Libros à Sigismundo Gelenio (doctissimo alio- qui uiro, deq; studijs melioribus præclare merito: quod plurima eius scripta testantur) pri- mum Latinitate donatos, ad exemplar Græcum denuò, quàm potuit fieri diligentissi- mè, conferri, quæq; immutanda fuere, emendari curauimus. Totum deinde Opus de BELLO IYDAICO marginalibus Annotationibus utilissimis (ut in cæteris quoq; Iosephi libris factum est) exornauimus, ueteri relicta uersione, plurimis tamen in locis correctâ: quod ipsum, si cui cum priori editione hanc conferre libeat, facile de- prehendet. CONTRA APIONEM uerò, & DE MACHABÆIS, siue de Rationis imperio Libri multo quàm antè planius, purius, sine fūco, neq; tamen iccirco minus ornatè de nouo translati sunt, ita ut speremus eosdem etiam nunc lectione digniores fore. Tuum iam erit, Lector amice, operam nostram industriamq; boni consulere. Quod si te facere intellexerimus, abundè magnum

studij nostri fructum cepisse nos arbitra-
bimur. Vale.

CLARISSIMO ET AMPLISSIMO

DOMINO IO. IACOBO FUGGERO, IN

Kirchberge & Vuiffenhorn Comiti, &c. Sigif-
mundus Gelenius S. D.



IN OMNIS INSTITUTIO, VEL SINGULORUM HOMINUM AD *Sacrae historiae Utilitas.*
beatam uitam cōtendentium, uel coetuum formam
in commune uiuendi quærentium, **præceptis** con-
stet exemplisq; ut nosti Fuggere uir magnifice, cō-
sentire uideo in hoc sapientes, neutrum aliunde me-
lius peti quam è Sacris literis: quas tãto tutius sequi
mur, quanto certiora sunt diuina oracula humanis
opinionibus: quæ dispendiosis suis ambagibus ni-
hil aliud ostendunt, quàm frustra id conatos sum-
mos quidem uiros, sed humana sapientia præditos, quod nō nisi à diuinis &
numinis fauore adiutis præstatur: sine quo nec uia salutis iniri, nec ineundæ
eius modus alijs monstrari potest. Et quamuis utraque iam dicta ratio sit ab-
solutior, si coniungantur: sicut ex ipsis liquet Sacris literis, (ubi tam legis pri-
mum bene conditis hominum pectoribus à rerum Opifice insertæ, mox exor-
lescente paulatim eius memoria, per eundem præconio Moïsis in communem
uitam reuocatæ, summaria capita, quàm hominum Deo carorum, uel priuas-
torum uel ducum atq; regum, gesta produntur:) habent tamen hæ separatam
etiam tractationem. Nam ante exortam Seruatoris legem homines quidam
ingeniosi, qui se Philosophos nominauerunt, ueritatem ceu per tenebras pal-
pare aggressi præcepta uitæ formandæ conati sunt tradere, unà cum dogma-
tibus ad felicitatem sectandam pertinentibus: alijs res regum ac populorum
mandauerunt literis, unde magnam colligere liceat exemplorum copiam. Il-
lorum lectio habita est præ cæteris utilis, & re uera fuisset, si ueritatem captæ
tam potuissent assequi: nos in hoc feliciores, quibus Sacrae literæ affatim res
præsentāt, quod illis obtingere non potuit, lectio non modò utilis, sed & ne-
cessaria. Proxima utilitas est in historijs, peculiari quadam uoluptate ad sui
cognitionem inuitantibus, ut ab his legendis pauci, modò sint literati, absti-
neant, cū illa magis seria quibusdam aut non uacet euoluere, aut non libeat.
Sed delectu opus est in tanta historicorum uarietate, si nolis operam & bonas *Historicorum Varietas.*
horas perdere. Sunt enim qui nihil aliud quàm ludunt, & aures animosq;
ociosos demulcent in hoc tantum factis narratiunculis, quales sunt Heliodorus *Heliodorus.*
rus, Philostratus, & his antiquiores, sed nihilo grauiores, Herodotus & Ctesias *Philostratus.*
ob nimiam mendaciorum licentiam dudum oblitteratus, in quibus uix *Herodotus.*
quicquam probes præter facundiam. Doctiores sunt alijs, ut imbuti philo- *Ctesias.*
sophia, sed magno discrimine. nam qui Epicureorum, aut Peripateticorum,
non multò saniorum duntaxat, quod ad pietatis dogmata attinet, sectam se-
cuti sunt, pro suis affectibus multa produnt tam inutilia, ut ne noxa quidem
careant. Quid enim bonæ rei potest expectari à tollentibus immortalitatem

EPISTOLA

animorum, & diuinam prouidentiam? & hi ferè proponunt sibi celebranda quædam uasta uerius quàm magna ingenia, Xerxes, Alexandros, Cæsares. Plus bonæ frugis haurire licet ex accedentibus propius ad Academicos Stoicosue, qui res laudatorum principum aut populi Romani, præsertim illius prisci, transmiserunt ad posteros. huius generis sunt, Plutarchus, Dionysius, Xenophon, Polybius, & Latini aliquot, qui sibi grauitatem ceu peculiarem uindicant. Sed longè utilissima, nec iniucunda est sacra historia, olim propter excellentiam & claritatem, sed maximè propter certissimam sincerissimamq; ueritatem, etiam profanis expetita regibus, patrum priscorum mores, uitas, resq; tam domi quàm foris gestas continens: quicq; eius compedium scripsit, et ubi illa desijt reliquam usq; ad suam gratem attexuit, Iosephus uir patriarum literarum cognitione nemini suæ gentis secundus, externæ uerò literaturæ studijs uel cū Philone conferendus, facundia pollens, quæ plus uirium quàm fucorum habeat, nec minus philosophum quàm historicum deceat: quem nō est opus prædicare prolixius, quando ipse satis ostendit qualis fuerit, modestissimè uitam suam scribens, quæ nūc primū in præsentī Operum eius editione legi potest à Latinis hominibus. Huius scriptoris monumenta cum circumferantur, & passim ab omnibus suo merito terantur, Rufino, ut titulus pollicetur, interprete, mihi nunquam persuaderi potuit antiquitates Iudaicas ab eo uiro uersas: uel quod non referant peritum utriusq; linguæ hominem, qualis Rufinus fuit habitus suo seculo: uel quod stilo belli Iudaici sint dissimiles. Id Antiquitatum opus nō ita dudum ex officina Frobeniana prodijt, conflatum ex duobus exemplaribus mutilis, è diuersissimis petitis orbis tractibus: bono tamen quodam casu euenit ut utrunq; egregiè suppleuerit lacunas alterius. ac mox non defuerunt qui Latinam uersionem nouam requirerent: effeceruntq; amici ut suscepta prouincia tirocinium uertendi in eo scriptore ponerem: figlinæ (iuxta prouerbium) in dolio. Inter uertendum deprehendi non solum deprauata multa in Latinis, sed etiam quibusdam locis deesse uersus non paucos. nam x v i Antiquitatum libro, cap. iuxta uulgatas editiones septimo, iuxta Græcorum distinctionem quam nos sequimur x i, desiderabatur integra pagina, & in calce eiusdem libri nō multo minus: id quod uel librariorum, uel interpretis etiam culpa accidit, sed non in his tantum paginis. Itaque omnia meliore fide conatus sum reddere, stilo planiore, nec rudiore tamen, opinor. Ausus igitur rem subituram censuras uarias, cœpi circumspicere de aliquo, cuius præiudicio tutus possem minus de cæteris criticis esse sollicitus. In eo delectu succurrebat mihi ante alios Io. Iacobus Fuggerus, nimirum ea familia natus, in quam singulari coelestis numinis fauore uirtus & fortuna tantum ornamentorum certatim contulerunt, ut per uniuersam Europam, atq; etiam longè extra eius limites, tā sit celebris, tam apud summos monarchas gratiosa, ut nihil sit quod hac parte uel principibus uiris inuideat: & quod peculiariter ad meum desiderium attinebat, habeat in suo stemmate uiros literatos, literatorumq; patronos eximios, & uel hoc merito omni posteritatis memoria dignissimos, nuper Raimundū, nūc Antonium eius fratrem familiæq; columnen, & insignē Des. Erasmi patroni quondā nostri amicū:

te uca

Sacra historia

Iosephi encomium.

In dolio figulinum.

N V N C V P A T O R I A .

te uerò tertium (ne alios mihi minus notos commemorem) adeò expolitū & candidum, ac rīq; iudicio hominem, ut tuæ censuræ nō minus probari cupiam, quàm excellentissimorum in utraq; literatura prōfessorum nostri huius haud ineruditi seculi. Et pulchrè conuenire uidebatur, ut scriptor qui in omnibus pręsertim Christianorū regionib. etiam uulgo teritur, pręferret in fronte ceu tutelare nomen uiri apud omnes eas gentes non solū notissimī, uerū etiam laudatissimī. Deterrebat hoc unum, quòd ignotus essem tanto Mecœnati: sed contrā cogitabam multos similibus occasionibus innotuisse feliciter, itaq; sic nutantem ut tamen propensior essem ad demerendam tuam gratiam, impulit non inuitum noster uetus amicus & liberorum tuorum ad imitandam paternam excellentiā incensor adiutorq; Ludouicus Carinus, uir

Ludouicus Carinus

magnatib. meritò carus, integer, pius, eruditus, cordatus: qui talib. coloribus te mihi depinxit, uerissimis quidē illis, ut est ipse sincerus, quales in hanc tabulam conferre, nec sine modestiæ tuæ uexatione possem, nec sine adulationis suspicione. Accipies igitur uir pręclarissime Opus hoc per otium inspiciendum: quod si tibi tale uidebitur ut ferri possit à lectore non fastidioso, erit mihi incitamentum ad aggrediendos etiam autores alios: accipies & Geleniū tuum in clientelam, quam nemo non expetit, ipse uehementer opto, ut ea dignus sim. Deus te perpetuò seruet patrone (iam enim hanc salutandi formulam mihi tua pace permitto) obseruandissime, unā cum liberorum suauissimā cohorte totaq; familia, cui me cōmendatum cupio, si non de officio

lo, saltē de studio addictissimo. Basileæ, Calendis Augustis,

anno à natiuitate Christi seruatoris humani

generis, M. D. XLVIII.

† 3

TESTIS

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

FLAVII IOSEPHI DE IUDAEORVM ANTI-

QVITATE CONTRA APIONEM,

LIBER PRIMVS.

Prefatio.



QVIDEM satis perspicuè in Opere de Antiquitate, optime Epaphrodite, à me demonstratū fuisse existimo, nostrum Iudæorum genus & uetustissimum esse, & originem habuisse propriam, & quem nunc tenemus agrum incoluisse: quod quidē opus quinque millium annorum res gestas complexum, ex ijs qui apud nos sacri habentur libris, Græco sermone conscripsimus. Sed quoniam multos uideo quorūdam maledictis, à maleuolentia profectis, moueri, &

quæ à me de Antiquitate scripta sunt, non credere, utq; recentius esse genus nostrum putent, eo argumento adduci, quod apud insignes Græcos historicos nulla extet eius mentio, de his omnibus mihi breuiter scribendum esse existimaui: ut & maledicentium maleuolentiam uoluntariumq; mendacium refellam, & credentibus ignorantiam eximam, & omnes ueri cognoscendi cupidos de nostri generis antiquitate doceam. Vtar autem dictorum meorum testibus ijs, quos fide de omni Antiquitate dignissimos esse Græci indicarunt. Qui uerò de nobis maledicè falsoq; scripserunt, eos à semetipsis refelli demonstrabo: daboq; operam, ut causas ostendam, cur nostri generis nō multi Græci in historijs meminerint: & insuper qui nam res nostras attigerint, ijs perspicuum faciam, qui uel nesciunt, uel se nescire simulant.

*Græci quam
sum credendū
sunt in historijs.*

Ac primum satis mirari nequeo eos, qui de rebus antiquissimis solis Græcis fidem adhibendam, & ab ijs ueritatem cognoscendam esse existimant: nobis uerò & cæteris hominibus non credendum. Nam equidem planè contrā esse uideo: si quidem non uanæ sequendæ sunt opiniones, sed ex ipsis rebus petenda ueritas. Etenim Græca omnia recentia, & nuper admodum nata inuenias: urbium uidelicet extructiones, artium inuentiones, legumq; conscriptiones. historiarum uerò scribendarum cura apud eos penè recentissima est. Ægyptiorum quidem & Chaldæorum Phœnicumq; res (nam nos illis annumerare in præsentia omitto) ipsi utiq; fatentur uetustissima, eadem que constantissima proditas esse memoria. Siquidem & loca omnes incolunt æris iniuriæ minimè obnoxia, & ne quid rerum suarum silentio præterirent, sed omnia in publicis monumentis à sapientissimis semper consecrarentur, summam operam dederunt. At Græciæ loca mille pestes infestarunt, quæ rerum memoriam abolerent: semperq; nouam uitæ rationem ineuntes Græci, omnium se posterorum suorum primos esse existimabant. Literarum quidem naturam & serò & ægrè cognouerunt, certè qui earum usum uetustissimum esse uolunt, eas à Phœnicibus & Cadmo didicisse gloriantur: quin nec ab illo tempore ullum extare uel in fanis, uel in publicis donarijs monumentum literarum ostendere quisquam possit. quandoquidem etiam de ijs qui

*Græci quando
literas acceperunt.*

ad Troiam

ad Troiam tam multis pòst annis militarunt, magna dubitatio & quaestio est, num literis usi fuerint: & uerisimilius habetur, eum qui nunc est usum literarum, illis ignotum fuisse. Iam uerò apud Græcos nullum omnino de quo constet scriptum extat, quod sit Homeri carmine antiquius. Homerum autem post Troiana tempora uixisse patet: & aiunt, ne eum quidem in literas retulisse carmen suum, sed memoriæ commendatum ex cantilenis postea compositum fuisse, eam quæ ob causam multis in locis discrepare. Iam qui apud eos res gestas scribere aggressi sunt, uidelicet Cadmus Milesius, & Argiuis Acusilaus, & post eum si qui alij extitisse perhibentur, hi paulò ante Persarum in Græciam expeditionem extiterunt. Quin & eos qui de coelestibus diuinis quæ rebus primi apud Græcos disseuerunt, ut Pherecyden Syrium, ut Pythagoram, ut Thaletem, omnes uno ore confitentur, Ægyptiorum Chaldaeorum quæ fuisse discipulos, & pauca conscripsisse, ea quæ Græcis omnium antiquissima uideri, & ab illis scripta fuisse uix credunt. Possunt ne igitur nō immeritò gloriari Græci, quasi qui soli antiqua norint, & eorum ueritatem accuratè tradant: aut quis non ab ipsis scriptoribus facillè discat, ipsos nihil comperti, sed ut quisque de rebus coniectaret, ita scripsisse? Certè in suis libris alij alios plerunque refellunt, & ipsi dem de rebus diuersissima dicere non dubitant. Atque quidem superfluum sim, si eos quibus hæc quàm mihi notiora sunt, docere uelim, quantum Hellanicus ab Acusilao de originibus differat, quoties Hesiodum corrigat Acusilaus, aut quo pacto Ephorus Hellanicum in plerisque mentiri ostendat, & Ephorum Timæus, & Timæum qui ipsum sequuti sunt, & Herodotum omnes. Quin neque de Siculis rebus Antiocho, & Philisto, & Callia sibi assentiendum esse Timæus existimauit: neque rursus de Atticis qui Attica conscripserunt, aut de Argolicis qui Argolica memoriæ prodiderunt, alij alios sequuti sunt. Denique quid opus est quæ breuiora & singularum sunt ciuitatum, recensere, cum in Persicæ expeditionis, eius quæ gestorum narratione probatissimi authores dissentiant: & in multis à quibusdam accusetur Thucydides mendacj, qui tamen sui temporis res gestas uidetur accuratissimè conscribere? Et tantæ quidem discrepantiæ causas forsitan alias quoque multas, si queras, inuenias: ego duas, quas iam dicturus sum, primarias esse censeo: quarum priorem eam dicam, quæ mihi uidetur plus habere uirium. Nam quòd à primordio apud Græcos curatum non fuit, ut annales conficerentur, id in primis & errori causam, & mentiendi licentiam præbuit ijs qui postea de rebus antiquis scribere uoluerunt. Nec enim solum à cæteris Græcis neglecti fuerunt annales, uerum ne apud Athenienses quidem (quos indigenas esse tradunt, & eruditione politiores) quicquam tale factitatum inuenitur: quin publicarum literarum antiquissimas esse aiunt illas scriptas ipsis à Dracone de homicidijs leges, qui Draco uixit paulò ante Pisistrati tyrannidem. Nam de Arcadibus quid attinet dicere, antiquitatem sibi arrogantibus: cum ij uix etiam postea literas didicerint. Igitur quia nulli antè extabant annales, qui & discendi cupidos docerent, & mentientes refutarent, effectum est, ut tanta illa extiterit inter scriptores discrepantia.

Homeri carmenis uetus, & an Hom. o scriptum fuerit.

Græcorum scriptorum discordia.

Græcorum discrepantiæ causæ duæ.

De Hebræorū
annalibus.

Secundam causam hanc esse statuendum est, quòd qui scribere aggressi sunt, non ueritati studuerunt (tametsi hoc semper profiteri soleant) sed dicendi uim ostentarunt, & eam scribendi rationē sequuti sunt, qua se alijs superiores uisum iri existimabant: nonnulli ad fabularum narrationes animū applicantes: alij ad gratiam aut urbes aut reges laudantes: alij res gestas aut scriptores criminari aggressi sunt, id sibi laudi fore ducentes: deniq; planè contra quàm postulat historia, factitarunt. Est enim ueræ historiæ indicium, si de iisdem eadem omnes & dicant & scribant. At illi ita demum se uerissimos omnium uisum iri iudicabant, si eadem aliter scriberent. Igitur quod ad dicendi peritiam atque uim attinet, cedamus oportet Græcis scriptoribus: at in uera priscarum rerum historia non item, præsertim quæ sunt apud quosque patriæ. Igitur quòd apud Ægyptios à longissimis iam temporibus annalium cura atque confectio fuerit mandata sacerdotibus: apud Babylonios uerò Chaldæis: quod'que quas in primis ostentant Græci literas, ijs uşi fuerint Phœnices, tum in rerum domesticarum administrationibus, tum in publicorum operum traditionibus, quoniam inter omnes conuenit, mihi prætereundum puto. Sed de nostris maioribus, quòd eandem, ne dicam maiorem quàm quos modò dixi, annalium curam gesserint, mandato pontificibus & uatibus eius rei negotio: quod'que id nostris temporibus magna diligentia & obseruatum fuerit, & ut audacius dicam, obseruandum sit, paucis docere tentabo. Neque enim solum ab initio optimos quosque uiros, & Dei cultui incumbentes huic negotio præfecerunt, uerùm etiam ut sacerdotum genus merum purum'que permaneret, prospexerunt. Oportet enim apud nos eum qui sacerdotio fungitur, ex gentili uxore procreare liberos, neque facultatum cæterorum'ue honorum habere rationem: sed genus expendere, & antiquis succedentem, multos eius rei testes exhibere. Atque hæc facimus non solum in ipsa Iudæa, uerùm etiam ubicunque nostri generis coetus aliquis est, ibi quoque connubiorum accuratam rationem retinent sacerdotes. de Ægypto loquor, & Babylone, & si qua alia in orbis parte dispersi sunt aliqui generis sacerdotum. Mittunt enim Hierosolyma conscripta à maioribus nomina tum parentum tum auorum, nec non qui nam sint, qui id testentur. Quod si bellū inuasit (sicuti iam frequenter accidit, ut cum Antiochus Epiphanes, nostros fines inuasit & Pompeius Magnus, & Quintilius Varus, & maxime nostris quoq; temporibus) superstites sacerdotes noua rursus scripta consciunt ex ueteribus explorantq; superstites scæminas. neq; enim iam eas admittunt quæ captiuæ fuere, sæpe eas cum extraneis consuetudinem habuisse suspicantes. Cuius diligentiae argumentum est illud maximum, quod nostrorum pontificum nomina parentum extant in annalibus, à duobus annorum millibus. Quòd si quid omnino contra ea quæ diximus instituta ab illis factum est, eis interdicitur, ne uel altaribus assistant, uel reliquas res sacras obeant. Itaque meritò, uel potius necessario (quòd neq; res scribere cuius liceat, neque ulla in ijs quæ scribuntur insit discrepantia, sed soli uates tum prisca & antiquissima instinctu Dei didicerint, tum sui temporis res uti gestæ sunt aperte conscripserint) non sunt apud nos librorum

millia

De Hebræorū
libris.Scriptis suis
quātopere He-
bræi credant.Iosephi histo-
rie fides.

millia discrepantium atq; pugnantium: sed duntaxat uigintiduo libri omnium temporum monumēta complexi, quibus meritò creditum sit. quorum quinque sunt Moysis, qui origines continent, & quæ ab homine condito usque ad ipsius Moysis obitum gesta sunt. quod quidem tēpus paulò minus quàm tria annorum millia continet. A' Moysis deinde interitu usq; ad Artaxerxis Persarum regis, eius qui Xerxi successit, imperium, successores Moysis uates fuit tēporis res conscribere libris tredecim. Reliqui quatuor libri laudes Dei, & humanæ uitæ præcepta continent. Ab Artaxerxe uerò ad nostrum usque tempus, scripta sunt quidem singula, sed non eadem quæ superioribus, fides adhibetur, propterea quòd non fuit uatum certa illa successio. Iam quanto pere nos scriptis nostris crediderimus, re ipsa perspicuum fit: quòd cum tot iam secula præterierint, nihil eis uel addere, uel detrahare, uel immutare quisquam ausus est: estq; hoc omnibus statim à natiuitate Iudæis ingeneratum, ut ea Dei decreta nominent, ijs adhærescant, & pro eis, si sit opus, libenter moriantur. Ergo multos sæpe captiuos uidere licuit, cruciatus & omne genus ne eis in theatris ferre, & tamen nullum contra leges & legibus conueniētes annales, uerbum emittere. Qualia quis Græcorum similem ob causam ferat? iamò quis non omnia potius, quæ apud ipsos extant literarum monimenta, aboleri patiatur, quàm ut uel leuiculum damnum subeat? Verba enim illa esse existimant scriptorum arbitrio effutita: & quidem meritò etiam de antiquioribus sic sentiunt, postq; nunc quoq; nonnullos uident de ijs audere conscribere, quibus nec ipsi interfuere, neq; ut ea ex scientibus cognoscerent operam dedere. Nimirum & de eo quod nunc nobis fuit bello, quidam scriptas à se historias publicarunt, qui neque loca ipsa adierunt, neq; propius, dum illa gererentur, accesserunt: sed paucis ex leui auditione conscriptis, historiæ nomē impudēter indiderunt. At ego & de toto bello, & de singulis in eo gestis rebus ueram narrationem conscripsi, in omnibus ipsemet rebus uersatus. Eram enim dux eorum qui apud nos Galilæi nominantur, quādiu hostibus resistere licuit: & postea comprehensus, apud Romanos captiuus fui: meq; in custodia Vespasianus & Titus habentes, semper sibi adesse coegerunt, primò uinctum: deinde solutus missus sum ab Alexandria unā cū Tito ad Hierosolymorum obsidionem. quo quidem tempore cum res illæ gestæ fuerint, nihil est quod meam cognitionem fugerit. Nam & quæ in castris Romanorum fiebant, cum spectarem, sedulò literis mandabam: & quæ à transfugis nunciabantur, solus ipse intelligebam. Postea Romæ nactus ocium, adhibita ad uniuersum opus præparatione, usus quorundam ad Græcam linguam opera, ita demum res illas memoriæ literarum commendauī. Tanta autem mihi ueritatis erat confidentia, ut eos ipsos qui belli illius fuerant imperatores, Vespasianū uidelicet & Titum, primos omnium mihi testes adhibendos censeuerim. Primis enim libros tradidi: & post illos multis Romanorum, qui unā militauerant: multis etiam nostrorum uendebam, uiris Græcæ quoq; literaturæ peritis: quorum est Iulius Archelaus, Herodes ille uir grauissimus, & ipse rex clarissimus Agrippa. Hi omnes testati sunt ueritatem à me diligenter fuisse traditam, non dissimulaturi utiq; neque tacituri, si quid aut ignorantia omissem, aut in alicuius gratiam deprauassem. Extitēre quidem prauī qui-

Ioseph.

CC

dam

*Iudei cum cæ-
teris gentibus
commerciū nō
habent.*

dam homines, qui historiam meam calumniari conati sunt, quasi sibi (sicut iam adolescētium scholis fieri solet) propositam ad exercendam artem falsò crimi-
nandi atq; calumniandi. Enimverò sciendum illud est, debere eum qui alijs
uerorum factorum traditionem polliceatur, ipsum prius illorum esse sciētis-
simum, uel quia rebus ipsis interfuerit, uel quia eas ex ijs cognouerit, qui ipsi
uiderint: id q̄ ego me in utroq; Opere maximè fecisse existimo. Nam antiqui-
tatem, sicuti dixi, ex sacris scriptis interpretatus sum, genere sacerdos, & illarum
literarum scientia præditus. Belli uerò historiam scripsi ipsemet multarū
rerum gestor, plurimarum spectator: deniq; nullius uel dictorum uel factorū
ignarus. quo maior est illorum audacia, qui mecum de ueritate contendere
conati sunt: qui etiam si se imperatorum commentarios legisse dicant, at nos-
tris quidem, qui contrà bellum gessimus, rebus non interfuerunt. Et de his
quidem necessariam hanc digressionem feci, ut istorum qui se historias con-
scribere profitentur, temeritatem indicarem. Iam postquam satis, ut opinor,
planum feci, annales scribendi consuetudinem magis esse patriam barbaris
quàm Græcis, libet paucis prius disserere aduersus eos, qui nostrum genus
recens esse ostendere ex eo conantur, quod de nobis nihil (ut aiunt illi) apud
Græcos scriptores dictum extet. Deinde antiquitatis testimonia ex aliorum
scriptis allegabo, & eos qui de nostro genere maledixerunt, ostēdam in suis
dictis esse admodum maledicos. Igitur nos neq; maritimos fines incolimus,
neq; mercatura, aut ob mercaturam comercijs peregrinorum delectamur:
suntq; urbes nostræ procul à mari posite, & bonum solum possidentes, hoc
excolimus: omnium aut maximè educandis liberis addicti, & leges, & in ijs
traditam religionem seruare, rem in omni uita maximè necessariā ducimus.
Quibus rebus cum efficiatur ut sint nostri mores à cæteris diuersi, nihil fuit
prisca temporibus quod nobis conciliaret cum Græcis commercium: sicut
Ægyptijs quæ ab ipsis exportant, & uicissim ad eos importantur: iteq; Phœ-
niciæ oram incolentib. cōmerciōrū mercaturq; studiū ab auaritia pfectum.
Sed neq; ad latrocinia (sicut alij quidā, qui ad belligerandū habendi cupiditate
impelluntur) sese conuerterūt maiores nostri, tametsi plurima haberet ager
noster non ignauorum uirorū millia. Hanc ob causam Phœnices ipsi ob
mercaturam ad Græcos nauigando protinus innotuere, & porro illorū ope-
ra Ægyptij, & omnes à quib. illi merces Græcis apportabant, ingentia maria
penetrantes. Medos postea & Persas notos fecit imperium Asiæ: quorū Persæ
etiam ad nostrā usq; continentem expeditionē fecere. Thraces uicinitas mon-
strauit. Scytharū gentem cognouere qui in Pontū nauigabāt. Nam omnino
maris accolę tum Orientalis tū Occidui, scripturis aliquid notiores extitere.
Mediterranei quidem diutissimè ignorati sunt: id q̄ in Europa quoq; accidisse
hinc perspicitur, q̄ Reipubl. Romanę (quæ tantis iam olim uirib. pollens,
tātas res bello gessit) nec Herodotus, nec Thucydides, nec illius tēporis quis
quam omnino ullam mentionem fecit, sed serò tandem, & uix ad Græcos
peruenit eius noticia. Nam Gallos quidē & Hispanos usq; adeò ignorarunt
scriptores qui uidētur accuratissimi, quorum est Ephorus, ut Hispanos (qui
tantā Occiduae terræ partem incolūt) urbem unā esse putauerint, & mores il-
lis nec usu, nec sermone cognitos tribuere ausi fuerint. Fuit autem illis ignora-
tione

tionis ueri causa hæc, quòd illæ gentes nullum admodum haberent cum cæteris commercium. Vt autem falsa scripserint, causa fuit hæc, quòd uideri uoluere plius quàm alij scribere. Itaque iam nihil mirum est, si ne nostra quidem gens multis cognita fuit, neq; sui memorandi occasionem scriptoribus præbuit, quæ & tam procul à mari habitaret, & tale uitæ genus sibi delegisset. Age iam, si nos Græcorum genus non antiquum esse hoc argumento contenderemus, quòd eorum nulla extet in nostris annalibus mētio, nōne nos omnino deriderent, & easdem opinor, quæ modò à me dictæ sunt, causas afferrent, testesq; citarent finitimos antiquitatis suæ? Ego uerò idem facere conabor. Aegyptijs enim & Phœnicibus maximè utar testibus, quorum testimonium mendacij accusare nemo poterit. Apparet enim nobis maximè infensos esse communiter quidem Aegyptios omnes, Phœnicum uerò Tyrios. De Chaldæis quidem idem dicere nequeo, siquidem hi & generis nostri parentes extiterunt, & propter cognationem in annalibus suis faciunt ludæorum mentionem. Sed quando horum argumenta adducam, eadem opera Græcos quoque scriptores indicabo, qui ludæorum meminerint, ut ne hanc quidem occasionem habeant inuidi nobis contradicendi. Initium autem ducam ab Aegyptiorum scriptis, & quidem illa ipsa, quantum eius fieri poterit, hic apponam:

Manethon uir fuit genere Aegyptius, Græcarū literarum peritus: id quod ex eo patet, quòd Græco sermone patriam scripsit historiam, ex sacerdotum scriptis (ut ipse ait) interpretatus: & in multis Aegyptiorum rebus Herodotum ex imperitia mentitum arguit. Igitur hic Manethon in secūdo Aegyptiacorum libro de nobis hæc scribit. Apponam autem ipsius uerba, tanquam illum ipsum testem allegans:

Fuit nobis rex, nomine Timæus, cuius regni tempore nescio quo pacto Deus nobis refluuit, ac de improviso ex Orientis tractibus in fines nostros expeditionem facere ausi sunt homines genere obscuri, ijsque facilè sine prælio expugnatis, & ducibus subactis, & urbes crudeliter cremarūt, & deorum fana diruerunt, & in omnes incolas dictu mirum quàm hostiliter sequierunt, tum ipsos necando, tum liberos & uxores in seruitutem abigendo. Ad extremum regem etiam unum ex suo corpore crearunt, nomine Salatim. Is Memphi uixit, & tum superiorem tum inferiorem regionem uectigalem habuit, accommodatissimis quibusq; locis præsidio firmatis. In primis autē Orientales partes muniuit, futurum præuidens ut Assyrij aliquando uiribus aucti, eius regni cupiditate caperentur. Idem nactus in Saite præfectura urbem opportunissimam ad orientem Bubastis fluuij positam, Abarim in prisca theologia appellatam, eam instaurauit, mœnibusq; ualidissimis firmauit, & in ea ducenta quadraginta militum millia ad custodiā collocauit. Eò mœsis tempore uentitabat, tum ut frumentum admetiretur, stipēdiāq; solueret, tum ut suos armis ad extraneorum terrorem diligenter exerceret. Is postquā undeuiginti annos imperauit, uita defunctus est. Post eum regnauit alter annos quatuor & quadraginta, nomine Beon: cui successit Apachnas, qui regnauit annos triginta tres, & menses septem: deinde Apophis unum & sexaginta: & Iania quinquaginta, & mēsem unum: postremò Afsis quadraginta nouem,

Ioseph.

CC 2

& mœn

Iudea ges cur
pauca nota,Manetho scri-
ptor Aegypti-
us.Manethonis
uerba de ludo
deis.

& menses duos. Hi sex inter eos primi fuere principes, semper magis magisque cupientes Ægyptum à stirpe euertere. Vocabatur autem gens illa Hycsos, hoc est reges pastores. nam Hyc sacra lingua regem significat, Sos autem pastor est, & pastores uulgaris sermone: inde uocabulum componitur Hycsos. Arabes illos fuisse perhibent nonnulli.

In alio exemplari non reges significari traditur uocabulo Hyc, sed contra, captiuos indicari pastores. nam Hyc & Hac aspiratum; Ægyptiacè captiuos ad uerbum indicat: atque hoc mihi probabilius uidetur, & antiquæ historiæ conueniens. Hos supra nominatos reges pastorum, ut uocabantur, & eorum posteros imperasse dicit Ægypto annos undecim supra quingentos. Postea Thebaidis & reliquæ Ægypti reges consurrexisse dicit in pastores, & bellum eis ortum fuisse magnum atque diuturnum. Sub rege autem cui nomen fuerit Halisphragmuthosis, uictos ait pastores ab eo, & ex reliqua Ægypto pulsos, fuisse compulso in quædam locum, cuius circuitus iugerum esset decem millium. loco nomen Abaris. Hunc totum magno ualidoque muro fuisse circumdatum à pastoribus quo suas omnes facultates & prædam in tuto haberent. Halisphragmuthosis uero filium Thummosim conatum illos fuisse obsequio expugnare, quadringentis octoginta militum millibus admotis: sed expugnatione desperata, pepigisse, ut illi Ægypto relicta quocumque uellent inademnes abirent: illos ex pacto cum uniuersis familijs atque fortunis, homines non pauciores ducentis quadraginta millibus, ex Ægypto per solitudinem in Syriam ire contendisse. Sed quia Assyriorum (qui tunc Asiæ imperarent) potentiam formidarent, in ea quæ nunc Iudæa dicatur urbem condidisse tot millium hominum capacem, eamque Hierosolyma nuncupasse.

In alio quoque Ægyptiacorum libro quodam idem Manethon tradit, gentem quandam, cui captiuorum pastorum nomen esset, in sacris ipsorum libris memoriæ fuisse proditam: in quo rectè dicit. Nam priscis maioribus nostris hæreditarium fuit pascere: & quia pastoritiam uitam agebant, pastores dicebantur: idemque captiui non ab re in literis dicti sunt ab Ægyptijs, quando quidem patres noster Iosephus & seipsum captiuum esse dixit Ægyptiorum regi, & eiusdem permisso fratres suos postea in Ægyptum accersuit. sed de his quidem alibi disseram accuratius. Nunc antiquitatis huius testes exhibeo Ægyptios, ac rursus à Manethone traditam rationem temporum subscribam. Sic autem ait:

*Manethonis
uerba de
ratione tempo-
rum.*

Postquam ex Ægypto Hierosolyma migravit pastorum populus, qui eos exegerat rex Tethmosis regnauit postea annos uiginti quinque, & menses quatuor: ei que uita defuncto successit in regnum eius filius Chebrō, qui regnauit annos tredecim. Post eum Amenophis uiginti, & menses septem: deinde eius soror Amesses uiginti unum, & menses nouem: deinde Mephres duodecim, & menses nouem: deinde Mephramuthosis uiginti quinque, & menses decem: deinde Thmosis nouem, & menses octo: deinde Amenophis triginta, & menses decem: deinde Orus triginta sex, & menses quinque. Huic successit eius filia Acenchres, quæ regnauit annos duodecim, & mensem unum. Huic Rathotis frater annos nouem. Deinde Acenchres duodecim, & menses quinque: deinde Acenchres alter duodecim, & menses tres: deinde Har-

mais

mais quatuor, & mensem unum: deinde Rameffes unum, & menses quatuor: deinde Harmeffes Mamū sexaginta sex, & menses duos: deinde Amenophis undeuiginti, & menses sex: deinde Sethosis & Rameffes, qui tum equestres tum nauales copias habuit. Hic Sethosis fratrem Harmaim Ægypti procuratorem constituit, & omni reliqua potestate regia donato, tantum ne diadema gestaret precepit, neue reginam & liberorum matrem læderet, utq; à regijs pellicibus abstineret. Ipse in Cyprum & Phœniciam, itemq; in Assyrios & Medos facta expeditione, omnes partim armis, partim sine prelio, uirum suarum terrore in suam potestatem redegit: eoq; successu elatus, etiam audacius iter faciebat, Orientales urbes & fines uastans. Iamq; præterito satis magno tempore, Harmais, qui in Ægypto relictus fuerat, omnia contra quàm à fratre monitus fuerat, securè faciebat. Nam & reginam ui habebat, & pellicibus uti nihil dubitabat, & amicorum suasu sumpto diademate, in fratrem Rameffem arma sumpsit. Et Rameffes qui Ægypti sacerdotibus præfectus erat, missis ad Sethosim literis, ei omnia significauit, necnon de fratris Harmais expeditione indicauit. Et Sethosis confestim Pelusium reuersus, suum regnum obtinuit, & ab eiusdem nomine regio Ægyptus dicta est. Sethosis enim Ægyptus appellabatur: Harmais uerò frater eius Danaus. Hæc Manethon.

Iam uerò illorum annorum ratione subducta, perspicuum fit, maiores illos nostros, pastores appellatos, trecentis nonagintatribus annis ex Ægypto profectos, in his finibus consedisse, antequam Danaus uenit Argos: quæ tamen antiquissimum existimant Argiui. Igitur duorum maximorum testimonium nobis dedit Manethon ex Ægyptiorum literis: primum aduentus aliunde in Ægyptum: deinde discessus ex Ægypto, tempore sic antiqui, ut mille ferè annis res Iliacas antecesserit. Quod autem ad ea attinet, quæ idem Manethon non ex Ægyptiorum literis, sed ut ipse confessus est, ex incerti authoris fabulis adiecit, ea postea singillatim refellam, eius incredibile mendacium ostendens. In præsentia transire libet ad ea, quæ in Phœnicum annalibus scripta extant de genere nostro, & ex illis testimonia allegare. Sunt autem apud Tyrios multorum annorum scripta publica, diligentissimè seruata, de rebus memoria dignis, quæ uel apud ipsos, uel aduersus alios gestæ fuere. In ijs proditum extat, Hierosolymis extructum fuisse templum à Solomone rege, annis ante conditam à Tyrijs Carthaginem centum quadragintatribus, & mensibus octo. Est autem apud illos memoriæ prodita templi nostri extructio. Iromus enim Tyriorum rex amicus erat regis nostri Solomonis hæreditaria amicitia. Itaque cupidus adiuuandi Solomonem, ad splendorem operis contulit auri centum uiginti talenta, sectamq; ex Libano monte pulcherrimam materiam misit ad tectum. Ei uicissim donauit Solomo cum alia multa, tum agrum quendam in Galilæa, in tribu Zabulonis appellata. Maximè autem inter eos amicitiam conciliauit sapientiæ studium. Quæstiones enim alter alteri mittebāt ad soluendum, & in his præstantior erat Solomo, & alioquin sapientior. Extant etiamnum apud Tyrios multæ epistolarum, quas illi alter ad alterum scripsere. Atque ut hoc quod de Ty-

Tyriorum annales.

Iromus Tyriorum rex.

Ioseph,

CC 3

riorum

riorum scriptis dico, ~~amen~~ non fingi appareat, testem adducam Dium, quem uirum in Phœnica historia diligentem fuisse creditur. Is in historijs de Phœnicibus scribit in hunc modum:

*Dijuerba de
Solomone.*

Defuncto Abibalo regnauit eius filius Iromus. Is urbis partes Orientales aggere expleuit, urbemque maiorem reddidit, & Olympij Iouis fanum, quod erat in insula separatum, exæquato medio loco urbi coniunxit, & aureis donarijs ornauit: consensuque Libano materiam secuit ad templorum apparatus. Ad hunc Iromum missa fuisse perhibent ab Hierosolymorum principe Solomone ænigmata, & ab eo uicissim postulata, ea conditione, ut uter ea explicare nequiuisset, is ei qui soluisset, pecuniam penderet. Itaque Iromum cum ænigmata soluere non potuisset, id confessum, grandem pecuniam multæ nomine pendisse. Deinde Abdemonum quendam, hominem Tyrium, proposita soluisset, & ipsum alia proposuisse, quæ Solomo cum soluere nequiuisset, magnam insuper pecuniam Iromo soluerit.

*Menander Ephesius scrip-
tor.*

Hoc nobis Dius deijs quæ suprâ dixi, testimonium dedit. Sed præter hunc allegabo Menandrum Ephesium. Scripsit is quæ sub unoquoque regum, tum apud Græcos, tum apud Barbaros gesta fuerint, cum operam dedisset, ut ex illorum patrijs scriptis res cognosceret. Ac de Tyri regibus scribens, postquam ad Iromum uentum est, hæc dicit:

*Menandri
uerba.*

Mortuo Abibalo, successit in regnum eius filius Iromus. Is amplum locum æquauit, & auream columnam, quæ est in Iouis delubro, posuit. Deinde ligneam materiam sectum iuit ex monte qui Libanus dicitur, uidelicet cedrinam ad tecta fanorum: dirutisque antiquis fanis noua templa construxit: & Herculis & Astartæ delubrum consecrauit. Et Herculis quidem primum fecit, mense Peritio: deinde Astartæ cum Tityis bellum intulit, quia tributa non penderent: quibus deinde in potestatem redactis, reuersus est. Horum tempore fuit Abdemonus puer iuuenis, qui in ænigmatibus ab Hierosolymorum rege mandatis, uincere solebat. Computatur autem tempus ab hoc rege ad Carthaginis extructionem hunc in modum. Mortuo Iromo, successit in regnum Baleazarus eius filius, qui uixit annos quadragintatres, regnauit septem. Post eum Abdastratus eius filius, uixit annos undetringenta, regnauit nouem. Is à nutricis suæ quatuor filijs per insidias interfectus est: quorum natus maximus regnauit annos duodecim. Post hos Astartus Delæastarti filius, uixit annos quinquagintaquatuor, regnauit annos duodecim. Post hunc eius filius Aferymus, uixit annos quinquagintaquatuor, regnauit annos nouem. Is à fratre suo Phelete interfectus est, qui Pheles regnum adeptus imperauit menses octo, uixit annos quinquaginta. Hunc interfecit Ithobalus Astartæ sacerdos, qui regnauit annos trigintaduos, uixit annos sexaginta octo. Huic successit Badezorus filius, qui uixit annos quadragintaquinque, regnauit annos sex. Huius successor fuit Matgenus filius, qui uixit annos trigintaduos, regnauit annos nouem. Huic successit Phygmalion, qui uixit annos quinquaginta sex, regnauit annos quadraginta septem. Huius regni anno septimo eius soror profuga condidit in Africa urbem Carthaginem. Ita fit ut ab Iromi regno usque ad Carthaginis constructionem

tionem anni intercesserint centum quinquagintaquinque, & menses uiginti. Anno autem regni Iromi duodecimo Hierosolymis extructum est templum; ut ab eius templi constructione, usque ad conditam Carthaginem anni effluerint centum quadragintatres, & menses octo.

Hoc est à Phœnicibus sumptum testimonium: ad quod quid opus est addere plura? cum inde ueritas sine ulla controuersia consentiens perspiciatur, iam templi constructionem longè antecessit maiorum nostrorum in hos fines aduentus. Postquam enim totam regionem bello sibi quæsiuere, tum demum templum extruxere: id quod à me in Antiquitatibus perspicue demonstratum est ex sacris literis.

Deinceps iam dicam quæ apud Chaldaeos de nobis extant prodita literis, quæ quidem cum nostris literis etiam alijs de rebus admodum consentiunt. Horum testis est Berossus, homo natus Chaldaeus, idemque in literis uersantibus notus: quippe qui & de Astronomia & de Chaldaeorum disciplinis libros ad Græcos publicauerit. Igitur hic Berossus uetustissima literarum monumenta sequens, & de diluuiio, quod extitit, & de hominum in eo interitu sic tradidit ut Moyses, necnon de arca, in qua nostri generis parens Noehus euasit, appulsa ad uerticem Armeniorum montium. Deinde Noehi posteros recensens, & tempora eis addens, ad Nabolassarum uenit Babylonis Chaldaeorumque regem: eiusque gesta narrans, dicit, quemadmodum misso in Ægyptum & in nostros fines Nabuchodonosoro filio suo cum magnis copijs, quoniam eos rebellasse audisset, omnia subegerit, & templum combusserit Hierosolymitanum: denique uniuersum nostrum populum à suis sedibus Babylonem transtulerit, & urbs annos septuaginta deserta fuerit, usque ad Cyrum Persarum regem. Subactam autem à Babylonio fuisse Ægyptum, Syriam, Phœniciam, Arabiam: denique rebus gestis ab illo superatos fuisse quotquot ante ipsum Chaldaeis & Babylonijs imperarint. Deinde digressus paululum Berossus, rursus hæc adducit in antiquitatis descriptione. Sed apponam ipsa uerba Berossi, quæ sic habent:

*Berosus scrip-
tor Chaldeus.*

Cum audiuisset eius pater Nabolassarus Satrapam Ægypto & Cœlesyriæ Phœniciæque locis præfectum, rebellionem fecisse, nec ipse iam labores ferre posset, tradita filio Nabuchodonosoro adhuc ætate uiginti parte copiarum, eum misit. Et ille cum rebelli, prælio congressus, uictor euasit, & regionem denuo sub ipsorum potestate redegit. Accidit eodem tempore, ut morbo correptus eius pater Nabolassarus, in Babyloniorum urbe uitam finierit, cum regnasset annos undetriginta. Cuius obitu haud multo post cognito, Nabuchodonosorus, compositis Ægypti reliquarumque regionis rebus, captiuisque Iudæis, & Phœnicibus & Syris, & Ægyptiarum gentium commendatis quibusdam amicorum, qui eos cum copijs reliquisque facultatibus in Babyloniam reportaret, ipse cum paucis per solitudinem itinere facto Babylonem uenit. Administrabant tum res Babylone à Chaldaeis, seruabaturque regnum ab illorum optimo. Hunc ille statum nactus, & patrio imperio in totum potitus, captiuos adiit, eisque colonias in opportunissimis Babyloniarum locis assignauit. Ipse ex manubijs

Berosi uerba.

fanum Beli & reliqua magnificè exornauit, & ueteri urbi alterum extrinsecus adiunxit: ac ne deinceps possent hostes, si fortè urbem obsiderent, auerso flumine eam aggredi, urbem tum interiorum tum exteriorum triplici muro cinxit, hanc ex cocto lapide, illam ex eodem, addito etiam bitumine. Ita urbe egregiè murata, portisq; augustè exornatis, extruxit præter patrum palatium alterum illi contiguum, altitudine operis, que magnificentia præstans, quæ omnia enarrare longum fortasse fuerit. Illud insigne est, quod tam ingens tamq; superbum diebus quindecim perfectum est. In hoc palatio lapideas moles excelsas extruxit, aspectu montibus similimas, & omni genere arborum confitas. Et hortos illos, Pensiles appellatos, ædificauit in gratiam uxoris suæ: quod ea in Mediæ locis nutrita, montanum aspectum desideraret.

Hæc Berofus de illo quem diximus rege, necnō alia multa de rebus Chaldaicis tradit: & in his Græcos scriptores reprehendit, qui à Semiramide Assyria conditam fuisse Babylonem frustra opinentur, & miranda illa circa urbem opera ab illa constructa fuisse falsò scripserint. Et in his quidem Chaldaeorum scripta fide digna esse censendum est. Neque non in Phœnicum archiuis congrua res quæ à Beroso dicuntur de hoc Babyloniorum rege, memoriæ prodita sunt, ab eo uidelicet Syriam Phœniciam, que omnem fuisse uastatam. Ac de his consentit Philostratus in historijs, obsidionis Tyri mentionem faciens: & Megasthenes in ludicorum libro quarto, in quo ostendere conatur, illum de quo loquimur regem Babyloniorum, fortitudine rerumque gestarum magnitudine Hercule fuisse præstantiorem. ab eo enim uastatam fuisse & Africæ partem magnam, & Hispaniam. Iam de Hierosolymitano templo quæ antè dicta sunt, uidelicet quod & crematum sit à Babylonijs, qui illuc expeditionem fecerint, & rursus instaurari coeperit Cyro Asiæ regnum adepto, ex Berosi uerbis huc apposis per spicue ostendetur. Sic enim dicit in libro tertio:

Berosi uerba.

Igitur Nabuchodonosorus postquam quem diximus murum inchoauit, morbo uitam finiuit, cum regnasset annos quadraginta tres. Ei successit ipsius filius Euilmaraduchus. Is cum sceleratè & lasciuè imperio præesset, insidijs oppressus est à suæ sororis marito Neriglissoro, postquam regnauit annos duos. Ei successit idem qui eum oppresserat Neriglissorus, regnauit que annos quatuor. Huius filius Laborosoarchodus regnum puer obtinuit menses nouem: & quia prauæ indolis specimina multa edebat, ab amicis oppressus insidijs, per cruciatum interfectus est. Hoc sublato, qui eum oppresserant conueniunt, & communi sententia regnum tradunt Nadonnedo cuidam Babylonio, eiusdem functionis homini. Sub hoc urbis Babyloniorum muri fluuiò circumdati, cocto lapide & bitumine exornati sunt. Hoc regni annū agente decimumseptimū, Cyrus ex Perside profectus cum magnis copijs, uastata reliqua omni Asia, Babyloniam adortus. Eius aduentu cognito, Nabonnedus ei cū copijs obuiā uadit, & prælio cōgressus uincit, cumq; paucis fuga elapsus, in Borsipenorū urbē se includit. Cyrus Babylone capta, mandatoq; ut exteriora urbis moenia (quoniā ei nimis operosa, & difficilis

scillis expugnata uisa fuisset urbs) diruerentur: ad Borsippum ire contendit, Nabonnedum oppugnaturus. Cumq; Nabonnedus obsidionem non ferens deditionem fecisset, Cyrus eum benignè acceptum, dataq; ad habitandum Carmania, ex Babylonia dimittit. Et Nabonnedus quidem in illa regione reliquum uitæ transegit.

Hæc Berosus. quæ quidem uera sunt, & cum nostris libris conuenientia. In ijs enim traditur, Nabuchodonosorū duodeuigesimo regni sui anno templum nostrum uastasse, & per septennium nusquam extitisse. Secundo autem regni Cyri anno iactis fundamentis, secundo item regni Darij exædificatum fuisse. Addam autem etiam Phœnicum monimenta literarum, ne uel redundantiam testimoniorum omittam. Est autem huiusmodi temporum supputatio:

Sub Thobalo rege Tyrum obsedit Nabuchodonosorus. Post hunc regnauit Baal annos decem: post quem constituti iudices iura dixerunt. Ecnibalus Baslachi filius menses duos, Chelbes Abdæi menses decem, Abbarus pontifex menses tres: Mytgonus & Gerastratus Abdelimi iudices fuere annos sex, quos inter regnauit Balatorus annum unum. Eo mortuo, accersuerunt Babylone Merbalum, qui regnauit annos quatuor. Hoc mortuo, accersuerunt eius fratrem Iromum, qui regnauit annos uiginti, cuius tempore Cyrus Persis imperauit.

Phœnicum annales.

Est igitur in uniuersum tempus annorū quinquagintaquatuor, & trium mensium. Septimo enim anno regni sui cœpit Nabuchodonosorus Tyrum obsidere: decimo quarto autem Iromi anno Cyrus Persa imperium adeptus est. Et congruunt equidem de templo scripta Chaldæorum & Tyriorū cum nostris: patetq; ex ijs quæ à me adducta sunt testimonijs sine ulla iam controversia nostri generis antiquitas. Itaque hominibus non contentiosissimis satisfactura esse arbitror, quæ à me dicta sunt. Verum qui barbarorum annalibus non credunt, sed solis Græcis fidem habendam esse censent, eorum dubitatio tollenda est, allegandiq; sunt Græcorum quoque multi, quibus gens nostra cognita fuerit, quicq; eius, si quando sese obtulit occasio, in scriptis suis meminerint. Igitur Pythagoras ille Samius, priscus homo, & sapientia ac religione omnium qui philosophati sunt præstantissimus habitus, non solum nostra (id quod perspicuum est) cognouit, uerum etiam maxima ex parte æmulatus est. Et eius quidem nullū (quod quidem in confesso sit) scriptum extat, sed de eo multi memoriæ prodiderunt, quorum illustrissimus est Hermippus, uir in omni historia diligens. Is in primo de Pythagora libro dicit, Pythagoram uno eius familiarium uita defuncto, nomine Calliphonte, natu Crotoniata, dictitare solitum, illius animam secum noctes diesq; uersari, atq; admonere, ne per locum transiret in quo asinus impegisset: utq; ab æstuosis aquis abstinere, & ab omni maledicto se cōtineret. Deinde hæc quoq; subiicit: Atq; hæc & agebat & dicebat Iudæorum Thracumq; opiniones sequens, & ad seipsum transferens. illū eī uirū re uera multa ex Iudæorū institutis ad suā trāsstulisse philosophiā. Erat autē etiā p̄ urbes nō ignota olim nostra gēs, multiq; nostrorū morū apud nōnullos iā increbuerant, & nōnullis imitatione capeſſebant. Declarat hoc Theophrastus, dū dicit, Tyriorū legibus inter-

Pythagoram.

Hermippus.

Theophrastus.
dici,

dici, ne peregrino more iuretur: & in ijs iurandi modis annumerat quibusdam alijs etiam iusiurandum Corban appellatum: quod profectò nusquam nisi apud solos Iudæos inuenias. quod quidem Hebraicum uocabulum donum Dei notat. Quin nec Herodotus Halicarnassensis gentem nostram ignorauit: quippe apparet eum eius quodam modo fecisse mentionem. De Colchis enim narrans in secundo libro sic refert:

Herodoti locus
de circum-
cissione.

Soli omniū Colchi, & Ægyptij, & Aethiopes à primordio uirilia circumcidunt: Phœnices uerò & Syri, qui sunt in Palæstina, id seipsi quoque ab Ægyptijs didicisse confitentur. At Syri Thermondontis & Parthenij fluminis accolæ, & Macrones eorū uicini, id se nuper à Colchis didicisse ferunt. Nam hi soli mortalium circumcidunt, eosque eadē cum Ægyptijs facere patet. De Ægyptijs uerò & Aethiopibus utrius ab alteris didicerint, non habeo dicere.

Igitur Syros Palæstinæ incolas dixit circumcidi: atqui incolarum Palæstinæ soli Iudæi id faciunt, id quod ille intelligens, de eis dixit.

Chœrili locus
de Iudæis.

Chœrilus quoque poeta antiquior meminit nostræ gentis, quæ Xerxi Persarum regi expeditionis in Græciam socia fuerit. Enumeratis enim cunctis gentibus nostram quoque postremo loco collocauit his uerbis:

*Ponè sequebatur genus admirabile uisu,
Lingua quibus Phœnissa fuit, sedesque locata
Montibus in Solymis, quæ latè stagna patefcunt.
Squalet eis uertex, circum coma rassa, superne
Durata fumo exuuia gestantur equina.*

Hic certè nostri eum meminisse cuius perspicuum est: siquidem & Solymi montes in nostris sunt finibus, eosque incolimus, & lacus qui Asphaltites appellatur. Is enim omnium Syriæ lacuum latissimus est & maximus. Et Chœrilus quidem sic nostri meminit.

Clearchi locus
de Iudæis.

Quod autem non solum nossent Iudæos, uerum etiam admirarentur, in quoscunque eorum inciderent, non abiectissimi Græcorum, sed qui sapientiæ nomine in maxima admiratione fuere, facile est cognoscere. Nam Clearchus Aristotelis discipulus, & Peripateticorum nulli secundus, in primo libro de Somno ait, Aristotelem magistrum suum, de Iudæo quodam hæc tradere: atque ipsum Aristotelem facit loquentem in hunc modum.

Verum plerumque narrare longum fuerit, sed quæ illius dicta admirabilitatem quandam, item que philosophiam habent, ea persequi non erit absurdum. Cæterum ut tibi apertè hoc dicam, Hyperochide, mira tibi & somniorum similia dicere uidebor. Tum Hyperochides subiecit: Istam ipsam, inquit, ob causam audire cuncti cupimus. Et Aristoteles: Igitur secundum Rhetoricam, inquit, præcepta genus eius primò explicemus, ne præceptorum magistris non pareamus. Dic inquit Hyperochides, quod tibi uidetur. Et ille: Erat igitur, inquit natione Iudæus, ex Coelesyria. Sunt autem hi prognati ex Indicis philosophis, uocanturque (ut aiunt philosophi) apud Indos Callani, apud Syros Iudæi, nomen à loco adepti. nūcupatur enim quem incolūt locū Iudæa. Urbis autē eorū nomen admodū durum est: uocant enim Hierosolymā. Igitur hic homo multorū hospitio utēs, & ex superiorib. locis ad maritimā pau-

ma paulatim descendens, non sermone solum, sed etiam animo Græcus erat. Ac tunc commorantibus nobis apud Asiam, cum in ea loca deuenisset in quibus eramus, congressus est & nobiscum, & cum alijs quibusdam scolasticis, ut eorum sapientiam exploraret: cumq; multi eruditorum cum eo familiaritatem contraxissent, ille sua tanto magis tradebat.

Hæc dixit apud Clearchum Aristoteles, magnā præterea & admirabilem illius Iudæi uitæ continentiam frugalitatemq; narrans. Qua de re si quis uolet plura, ex ipso libro cognoscat licebit. nam ego, ne plus satis adducam, caueo. Et Clearchus quidem obiter hæc dixit: cumq; aliud sibi propositum haberet, sic nostrum meminit. At Hecataeus Abderita, homo & philosophus, & rebus gestis clarissimus, & qui cū Alexādro rege uiguit, & cū Ptolemæo Lagi filio cōmerciū habuit, nō obiter Iudæorū mētionē fecit, sed de ipsis librum conscripsit: ex quo libet summatim quædam percurrere. ac primum tempus ostendam. Memorat enim Ptolemæi apud Gazam cum Demetrio prælium, quod quidem incidit in annum ab Alexandri interitu undecimum, Olympiade centesima decima septima, authore Castore. Is enim hac Olympiade commemorata sic ait: Hac Olympiade prælio uicit apud Gazam Ptolemæus Lagi filius Demetrium Antigonī, eum qui Obsessoris cognomen habuit. Alexandrum autem confitentur omnes obisse Olympiade centesima decima quarta. Ex quo perspicuum est, & illius, & Alexandri tempore uiguisse nationem nostram. Igitur Hecataeus hæc rursus dicit, post illud apud Gazam prælium, Ptolemæum potitum fuisse locis Syriæ: multosq; homines, audita Ptolemæi comitate & humanitate, cum eo in Aegyptum proficisci, & negotiorum socios esse uoluisse: quorum unus erat, inquit, Ezecias Iudæorum pontifex, homo ætate annorum circiter sexaginta sex, dignitate apud gentiles suos magnus, & ingenio non bardus: præterea dicendi facultate pollens, & rerum gerendarum, si quis alius, peritus. Et sunt, inquit, in uniuersum Iudæorum sacerdotes, qui frugum decumas accipiunt, & rem publicam administrant, numero circiter mille quingenti.

*Hecataei liber
de Iudæis.*

*Ezecias Iudæo-
rum pontifex.*

Ac rursus eiusdem hominis mentionem faciens: Hic homo, inquit, honorem eum adeptus, nobis que familiaris factus, assumpto quodam comitum suorum, totam controuersiam eis recitauit, habebat enim scriptam eorum habitationem atq; mores.

Deinde rursus explanat Hecataeus, quomodo simus erga leges animati, quiduis ut potius patiamur, quàm ut eas uiolemus: quod id honestum esse ducamus. Itaque, inquit, cum & malè audiant apud finitimos, omnesq; eos qui illuc ueniunt, & sæpe à Persarum regibus & satrapis uexentur, non possunt de sententia dimoueri: quin sæuissimis cruciatibus & mortibus apertissima confelsione obuiam uadunt, neque patriam religionem negant.

*Iudæi legē de-
fensores acerrimi.*

Adducit & argumenta eorum de legibus cōstantissimæ persuasione non pauca. Ait enim, cum Alexander aliquando Babylonem uenisset, & colapsū Beli fanum expurgare statuisset, atque uniuersis militibus suis rudera exportare imperasset, solos Iudæos non paruiffe: sed & multas plagas sustinuisse, & grandes multas soluisse, donec rex eis ignoscens, impunitatē dederit. Cumq; in eorum fines uenissent satrapæ, & tēpla arasq; extruxissent,

omnia

*Iudæa gens po-
pulosissima.*

*Iudæa magni-
tudo.*

*De urbe Hie-
rosolymis.*

*De Mosolla-
mo Iudæo.*

*Agatharchida
locus de Iudæa
is.*

omnia hæc diruerunt, & ob quædam Satrapis multam penderunt, de nonnullis ueniam consequuti sunt. Atque illud addit, eos ob hæc dignos esse admiratione. Neque non illud dicit, nostram gentem fuisse populosissimam. Plurima enim nostri millia à Persis antea Babylonē abrepta fuisse: neque pauca post Alexandri quoque mortem in Aegyptum & Phoeniciā ob Syriā seditionem cōmigrasse. Idem homo & magnitudinem agri quē nos incolimus, & pulchritudinem literis prodidit. Trecenta enim millia iugerum, inquit, optimi ferè fertilissimique soli possident. tanta enim magnitudine est Iudæa. Quin etiam quod & urbem ipsam Hierosolyma & pulcherrimam & maximam, iam admodum olim habitemus, & de hominum multitudine, & de templi opere sic idem differit.

Sunt enim Iudæorum multæ munitiones in agris, & uici: sed una est urbs ualida, patens in circuitu quinquaginta maximè stadia, quam incolunt hominum circiter centum uiginti millia. eam uocant Hierosolyma. Ibi est in urbis ferè medietas septem lapideum, longitudine circiter quinque iugerum, latitudine centum cubitorum, habens duas portas: in quo altare est quadrangulum, nec sectis, sed crudis lapidibus confectum, latera sunt uicentum cubitorum, altitudo decem. Apud altare ædificium est ingens, cuius est altare & candelabrum, utrumque aureum, pondere duorum talentorum. Super his lumen est noctes diesque inextinctum. Simulachrum ibi nullum omnino est, neque statua, neque ulla prorsum stirps, quales sunt luci, aut aliquid huiusmodi. In eo noctes diesque degunt sacerdotes, sacra quædam peragentes, & in fano uinum omnino non libantes.

Præterea quod cum Alexandro rege, & postea cum eius successoribus militauerimus, testatus est, se que in eo incidisse tradit sub homine Iudæo militantibus. Quem equidem locum huc subiiciam, qui sic habet:

Igitur me ad mare rubrum uadente, subsequeretur quidam cum cæteris deducantibus nos equitibus Iudæus, nomine Mosollamus, homo & animo satis robusto, & sagittarius omnium tum Græcorum, tum barbarorum facile præstantissimus. Hic homo cunctis iter facientibus, & uate quodam augurante, omnesque gradum sistere iubente, quæsiuit cur restarent. Cumque uates auem ei ostendisset, dixissetque, siquidem illa mansisset, omnibus esse se manere: sin surrexisset, atque prorsum auolasset, progredi: sin retrorsum, retrogredi: ille tacuit, tensoque arcu, auem illam sagitta ictam interfecit. Atque hic indignantibus tum uate, tum alijs quibusdam, illumque detestantibus, Quid insanitis, inquit, habentes cum infelicissima aue negocium? Etenim qui potuisset hæc, sua ipsius salute non præuisa, de nostro itinere nobis sani quicquam nunciare? Nam si futura præuidere potuisset, in locum hunc nunquam uenisset, metuens ne se sagitta perimeret Mosollamus Iudæus.

Verum Hecataei testimoniorum hætenus satis est. Nam plura discere si quis uolet, librum facile nanciscetur.

Non pigebit autem me Agatharchidem quoque nominare, eum qui ad nostræ, ut ipse putat, stulticiæ derisionem nostri mentionem fecit. Is enim Stratonicæ res narrans, quemadmodum ex Syria uenerit in Macedoniam, relicto uiro suo Demetrio: cumque Seleucus eam (id quod ipsa sperauerat) duce-

reno-

re noluiſſet, & à Babylone exercitum ſuum duceret, apud Antiochiam tu-
multuatum fuerit: deinde reuerſo rege, cum caperetur Antiochia, illa Seleu-
ciam fugerit, & cum inde protinus nauigare liceret, uetante ſomnio obſe-
quens remanſerit, mortua que fuerit: hæc, inquam, præfatus Agatharchi-
des, & Stratonicæ ſuperſtitionem cauillans, nos exempli gratia allegat, hunc
in modum ſcribens:

Qui ludæi uocantur: urbem incolentes omnium munitiſſimam, quæ
ab incolis Hieroſolyma uocatur, ſeptimo die ociari ſoliti, ac neque arma fer-
re eo tempore, neque agriculturam attingere, neque aliud opus ullum cu-
rare, ſed in fanis paſſis manibus ad ueſperam uſque orare, cum intraret in
urbem Ptolemæus Lagi filius cum exercitu, & homines, quorum erat ur-
bem cuſtodire, dementem illam ſuperſtitionem retinerent, & patria aſpe-
rum dominum accepit, & legis inſtitutum uitioſum eſſe patuit. Atque ille
caſus omnes, exceptis illis, docuit, tum demum ad inſomnia & traditam in
lege opinionem eſſe confugiendum, cum humana ratione expediri res du-
biæ nequeunt.

Et hoc quidem Agatharchides deriſione dignum iudicat: ſed qui ſine
maleuolentia rem perpendunt, iſs magnum multis que dignum laudibus
uidetur, ſi qui homines legum cuſtodiam, & erga Deum religionem, & ſalu-
ti & patriæ ſemper antepoſunt.

Quòd autem nonnulli ſcriptores, non quia gentem noſtram ignora-
rent, ſed aut inuidia quadam, aut alijs non iuſtis de cauſis, noſtri mentionem
præterierint, coniecturam, ut arbitror, adducam. Hieronymus enim, is qui
ſucceſſorum hiftoriam conſcripſit, eodem fuit tempore cum Hecataeo: &
cum eſſet Antiochi regis amicus, Syriam adminiſtrauit. Et tamen cum He-
cataeus etiam librum de nobis ſcripſerit, Hieronymus ne mentionem qui-
dem ullam noſtri uſquam fecit in hiftoria: cum tamen plerumque in iſs locis
uerſatus fuerit. Tantum fuit inter hominum illorum inſtituta diſcrimen,
cum alteri etiam ſeria commemoratione digni uiſi fuerimus: alteri affectus
neſcio quis, certè non æquus, ad ueritatem tenebras offuderit. Sed ſatis
ſunt alioquin ad Antiquitatis noſtri generis demonſtrationem Ægyptio-
rum Chaldæorum que, & Phœnicum annales, & inſuper tot ſcriptores
Græci: accedunt Theophilus, & Theodotus, & Mnæſas, & Ariſtophanes,
& Hermogenes, & Euemerus, & Conon, & Zopyrion, & forſan alij mul-
ti. neque enim omnes ego libros legi, in quibus noſtri non obiter eſt facta
mentio. Et aberrarunt equidem plerique eorum quos dixi à primarum re-
rum ueritate, quia noſtros libros ſacros non legerunt: ſed de noſtri Anti-
quitate omnes communiter teſtati ſunt, de qua in præſentia dicere nobis pro-
poſitum eſt. Sed Phalereus Demetrius, & Philo ſenior, & Eupolemus,
haud multum à ueritate aberrarunt, quibus ignoſci par eſt, neque enim licuit
eis ſcripta noſtra accuratiſſimè aſſequi.

Vnum mihi reſtat caput eorum quæ in Operis initio propoſita ſunt,
uidelicet ut calumnias & maledicta, quibus quidam aduerſum genus no-
ſtrum uſi ſunt, falſitatis coarguam, & iſs ipsis qui illa ſcripſerunt, contra ſe-
metipſos utar teſtibus. Igitur quod alijs quoque multis idem uſu uenerit ob-

Ioseph.

DD

quo-

Hieronymus
hiſtoricus.Maledicta in
Iudeos reſel-
lit.

*Ægyptiorum
de Iudeis ma-
ledicta.*

*Manethonis
de Iudeis men-
dacia.*

quorundam malevolentiam, notum esse arbitror ijs, qui plusculum in his-
toriarum lectione uersati sunt. Etenim gentium clarissimarum, que ciui-
tatum nobilitatem scdare, & rerumpub. formas maledictis turpificare qui-
dam conati sunt: ut Theopompus Atheniensium, Polycrates Lacedæmo-
niorum: qui uerò Tripolicum scripsit (neque enim is Theopompus est, ut
quidam putant) Thebanorum ciuitatem inuasit. Timæus quoque in histo-
rijs tum de illis, tum de alijs multa maledixit. Maximè autem hoc fa-
ciunt cum clarissimis quibusque congregientes: nonnulli inuidia ac per-
ueritate moti: alij, quia se uanis dictis nobilitatum iri arbitrantur. Et qui-
dem apud dementes spe sua nequaquā frustrantur: sed qui sanas habent au-
res, eorum prauitatem uehementer damnant. Et in nos quidem primi ma-
ledictorum auctores extiterunt Ægyptij: & porro in illorum gratiam ue-
ritatem peruertere quidam conati sunt, neque maiorum nostrorum in Æ-
gyptum aduentum, uti fuit, confitentes, neque exitum uerè narrantes.
Odij autem inuidiæque causas sumpsere multas. Primum, quia in eorum
finibus potestate ualuere maiores nostri, & illinc domum profecti, rur-
sum florere. Præterea morum diuersitas magnas eis peperit inimicitias,
tantum nostra ab illorum religione differente, quantum Dei natura bru-
tis præstat animalibus. hæc enim pro dijs habere illis commune & pa-
trium est: sed in ijs honorandis inter sese priuatim differunt. Et leues a-
liquin ac dementes prorsus homines, malè iam à primordio de dijs sentie-
re consueti, Theologiæ nostræ grauitatem imitari nesciuerunt, & cum
multos nostri æmulos esse uiderent, inuiderunt. Siquidem eò demen-
tiæ ac abiectiōis processerunt eorum nonnulli, ut ne antiquis quidem
suis annalibus contraria dicere dubitauerint: quinimò odio cæcati, ipsi si-
bi contraria imprudenter scripserint. Atque ut unum primum mea pe-
tat oratio, quo etiam antiquitatis teste paulo antè usus sum, idem Mane-
thon, qui se Ægyptiacam historiam ex sacris literis interpretari professus
est, præfatus maiores nostros cum plurimis hominum millibus in Ægy-
ptum profectos incolis imperasse: idem deinde confitens aliquanto post
tempore pulsos Iudæam tenuisse, conditis que Hierosolymis templum ex-
truxisse, hætenus annales sequutus est. Deinde sibi licentiam dans, se
que de Iudæis quæ fabulosa tradantur scripturum dicens, incredibilia in-
terferit: immiscere nobis uolens Ægyptiorum leprosum, & ob alios,
ut ipse ait, morbos in exilium damnatorum multitudinem. Nam adiecto
Amenophi rege, falso nomine, ideoque eius regni tēpus definire non ausus,
cum tamen in cæteris regibus annos accuratè adiecisset, huic adiungit quasi
dam fabulas, oblitus quod ipsemetiam literis prodiderat, uidelicet quin-
gentis fermè & octodecim annis ante hunc Menophim extitisse pastorem
ad Hierosolyma profectiōem. Tethmosi enim rex erat, quando migrarūt.
A Tethmosi autem interiectorum interea regum anni sunt, auctore ipso
Manethone, trecenti nonagintatres, usque ad duos fratres Setho & Her-
mæum. Quorum Setho Ægypti, Hermæo Danaï nomen postea inditum
fuisse refert. quo eiecto Sethos regnauit annos quinquagintanouem: post
eum natus grandior eius filius Ramphes sexaginta sex. Igitur tot antè annis
migrasse

migrasse ex Ægypto patres nostros confessus, postea Amenophim illum regem intercalarem facit, eum'que dicit cupiuisse deos uidere, sicut eos uidisset quidam eius decessorum, nomine Or. Atque hanc suam cupiditatem aperuisse cuidam suo cognomini Amenophi, Paapis filio, qui diuina præditus natura putaretur tum ob sapientiam, tum ob futurorum prænotionem. Dixisse igitur ei cognominem illum, posse eum deos uidere, si regionem omnem à leprosis pollutis'que hominibus expurgasset. Hoc responso delectatum regem, coegisse ex Ægypto omnes qui corporibus essent uitiatis: & fuisse eam multitudinem octoginta millium. Hos in latumias in quendam ad orientem Nili positum locum ab Amenophi coniectos fuisse, ut ibi operarentur unà cum cæteris inclusis Ægyptijs: & fuisse inter eos etiam quosdam eruditos sacerdotes lepra perfulos. Amenophim autem sapientem illum & uatem, timentem tum sibi tum regi ab ira deorum, si illi per uim spectati fuissent, cum dicere in animo haberet, quosdam pollutis illis ita opem laturos, ut Ægypto imperarent annos tredecim, non ausum fuisse illum quidem hæc enunciare regi: sed omnibus in literas relatis, sibi mortem consciuisse. quæ res regem in anxietatem coniecerit. Deinde ad uerbum sic scribit Manethon:

Illis deinde in latumijs longo iam tempore fatigatis, rogatus rex ut eis ad habitationem atque domicilium Abarim daret, urbem tunc à pastoribus desertam, concessit. Fuit autem ea urbs, ut habetur in theologia, quondam Typhonis. Illi in eam ingressi, eum'que locum ad rebellionem habentes, ducem sibi Heliopolitanum quendam sacerdotem crearunt, nomine Osarsyphum, ei'que in omnibus se dicto fore obediētes iurarunt. Ille primū eis legem tulit, ut [neque deos adorarent] neque ab ullo sacrorum animalium, quibus apud Ægyptios lege cauerebatur, abstinere: sed omnia mactarent, & uescerentur: item'que, ut cum nomine, nisi cum coniuratis, commercium haberent. His ille, & plurimis alijs lege sancitis, iussit ut operarum multitudine urbis moenia construerent, se'que ad bellum Amenophi regi inferendum præpararent: ipse ascitis sibi reliquorum quoque sacerdotum, itidem'que pollutorum nonnullis: legatos misit illos eiectos à Tethmosi pastores ad urbem Hierosolyma uocatam, qui suo reliquorum'que unà secum ignominia affectorum statu demonstrato, peterent, ut secum unà bello Ægyptum inuaderent: se'que pollicitus est ducturum eos primū ad Abarim auitam ipsorum patriam, & multitudini rerum necessariarum copiam præbiturum: deinde propugnaturum, cum opus esset, & regionem eis facile subacturum. Illi omnes summopere lætati, alacriter profecti sunt, uiri ad ducenta milia. & haud multo post ad Abarim peruenerunt. Amenophis Ægyptiorum rex illorum aduentu cognito, non mediocriter perturbatus est, recordatus prædictionis Amenophis Paapis filij: coacta'que prius Ægyptiorum multitudine, & inito cum eorum ducibus consilio, sacra animalia, quæ prima in fanis maximè colebantur, ad se curat adducenda, singulis'que sacerdotibus mandat, ut deorum signa tutissimè occultent. Fi-

Hec [] adieci ex uetere translatione. nam ex postea à Iosepho repetuntur.

lium autem Setho, qui & Ramesses à Rapseo patre nominatus est, quinque annos natum deposuit apud amicum suum. Ipse cum traiecisset cum cæteris Ægyptijs, uiris bellicosissimis, numero ad trecenta millia, cum hostibus qui occurrerunt, congressus non est, uidelicet ne cum Deo pugnaret: sed conuerso itinere Memphim reuersus est, & assumpto Api, cæterisque illuc accersitis sacris animalibus, protinus in Æthiopiam cum uniuersa classe & Ægyptiorum multitudine nauigauit. nam ei subiectus erat Charitius Æthiopum rex. Itaque eum excepit, & omni multitudini res ad uictum necessarias, quarum erat in illa regione copia, suppeditauit, nec non urbes & uicos, qui satis essent ad illos tredecim annos, quibus eum imperio carere fatale erat: nec non Æthiopicum exercitum ad Amenophis regis custodiam collocauit in Ægypti confinjs. Et Æthiopiæ quidem hic statuserat. Solymitæ autem cum pollutis Ægyptijs, postquam eò peruenissent, ita impiè in homines sæuierunt, ut supra dictorum imperium aureum fuisse uideretur ijs, qui tunc horum scelera spectabant. Etenim non solum urbes & uicos incenderunt, neque deorum signa depeculari ac corrumpere satis habebant: uerum etiam ea quæ colebantur sacra animalia, ad epulas adhibebant, & sacerdotes uatesque ad ea immolanda iugulandaque cogebant, nudosque eiiciebant. Ferunt sacerdotem eum, qui eis reip. formam legesque tradidit, natione Heliopolitanum, nomen Osarsiph, ab Heliopolitano deo Osiri, postquam in eam nationem transijt, mutasse nomen, & Moysen fuisse nuncupatum. Igitur quæ perhibent de ludæis Ægyptij hæc sunt, & alia plura quæ breuitatis causa prætereo.

Idem Manethon porro dicit, postea discessisse ex Æthiopia Amenophim cum magnis copijs, nec non eius filium Rampsem item cum copijs, & hos duos cum pollutis prælio congressos uicisse, multisque interfectis, eos usque ad Syriæ confinia persequutos fuisse.

Hæc & huius generis alia conscripsit Manethon, quem ego delirare & mentiri perspicue demonstrabo, si prius illud explicauero, ob ea quæ postea dicentur aduersus eum. Dedit hic nobis confessusque est, non fuisse nos principio Ægyptios, sed aliunde profectos Ægypti fuisse potiores, rursusque inde discessisse. Quod autem nobis non admixti fuerint postea Ægyptiorum ij, qui corporibus erant uitiosis, quodque ex ijs non fuerit Moyses, qui populum duxit, sed multis antè seculis fuerit, hæc, inquam, ex ipsius Manethonis dictis euincere conabor. Primum fabulæ causam affert ridiculam. Rex, inquit, Amenophis deos uidere concupiuit. Quos nam? siquidem eos quos deos esse apud ipsos lex sancit, bouem, & hircum, & crocodilos, & cynocephalos uidebat. Cœlestes uerò quæ poterat? aut cur ea cupiditate tenebatur? quod nimirum rex alius ante eum uiderat. Ab illo igitur cognouerat & quales essent, & quo nam pacto eos ille uidisset. itaque noua ei arte nihil opus erat. Sed erat, credo, sapiens uates, per quem hoc se perfecturum rex putabat. Cur igitur non prænouit, eum inconcessa cupere? neque enim contigit. Iam illud quid rationis habebat, ob mutilos & leprosos inaspectabiles esse deos? ob scelera enim,

nim, non ob corporum uitia irascuntur. Octoginta uerò leproforū & malè ualentium millia uno ferè die cogi quī potēre? aut quī factum est, ut uati rex non paruerit? Iussit enim uates ei, ut ex Ægypto exterminare uitiosos: ipse uerò eos in latumias detruxit, quasi cui operarijs opus esset, non qui regionem expurgare statuisset. Iam uatem ipsum sibi manum attulisse dicit, quòd deorum iram Ægypti que casum præuideret: regi autem scriptum reliquisse prædictionem. Cur uerò non statim ab initio præuidit uates mortem suam? aut cur non protinus regi contradixit uolenti uidere deos? aut quid erat, cur non euentura suo tempore mala timeret? aut quid nam grauius imminebat, quod morte præueniret? Iam quod est omnium stultissimum uideamus. His ille rex auditis, & de futuris uitiosos illos ueritus, à quibus ut Ægyptum expurgaret ei edictum erat, ne tunc quidem eos finibus exegit: sed orantibus ipse dedit urbem, olim, ut ipse dicit, à pastoribus conditam, & Abarim appellatam. In quam congregatos eos ducem ait delegisse ex sacerdotibus olim Heliopoli oriundis: & hunc illos docuisse neque deos adorare, neque ab ijs quæ colerent Ægypti animalibus abstinere, sed omnia mactare atque comedere. cum nemine autem, nisi cum coniuratis, commercium habere: & iureiurando multitudinem obstrinxisse obedituros his legibus, munita que Abari, regi bellum intulisse. Addit misisse Hierosolyma qui ab illis peterent auxilium, se que eis Abarim traditurum promississe: quippe quæ uenturis ab Hierosolymis auita foret, in quam illi recepti uniuersam Ægyptum essent occupaturi. Deinde illos cum ducentis militum millibus uenisse dicit: regem autem Ægyptiorum Amenophim, quòd sibi cum Deo pugnare nefas duceret, in Æthiopiam confestim aufugisse: Apim autem & alia quædam sacra animalia sacerdotibus custodienda mandasse. Deinde Hierosolymitas eò uenisse, & urbes euertisse, & fana concremassè, & iugulasse sacerdotes: denique nullum sceleris crudelitatis que genus prætermisisse. Qui uerò eis reip. formam leges que tulit, sacerdos, inquit, erat natione Heliopolitanus, nomine Osarsiph, ab Heliopolitano deo Osiri: sed mutato nomine Moysen seipsum appellauit. Anno autem decimotertio (tantum enim exilijs spacium ei fatale fuisse) Amenophim ex Æthiopia magno cum exercitu profectum, & cum pastoribus pollutis que prælio congressum uicisse, multis que interfectis reliquos usque ad Syriæ fines fuisse persequutum. Atque in his rursus non uidet se improbabiler mentiri. Nam leprosi & eorum socia multitudo, etiam si antè succenserent tum regitum cæteris, à quibus illa ex uatis consilio passi fuissent: at dum ex latumijs exierunt, & urbem ab eo agrum que consequuti sunt, certè mitiores in eum facti fuissent. Sin illum oderant, priuatim ei insidiati fuissent, non in uniuersos arma sumpsissent, cum plurimas profectò cognationes haberent, utpote quorum tanta foret multitudo. Aut si omnino homines oppugnare decreuerant, at cum dijs quidem suis bellare nunquam ausi fuissent, neque leges auitis, & in quibus educati fuerant legibus planè contrarias tulissent. Et Manethoni gratiam debemus, quòd sceleris huius non eos qui Hierosolymis aduenissent authores extitisse dicit,

sed illos ipsos qui erant Ægyptij : & in primis sacerdotes & hæc excogitasse, & plebem iureiurando obstrinxisse. Illud autem non absurdum esse quî potest : quod familiare amicorum que nullus cum eis rebellauit, aut periculi belli socium se præbuit : sed miserunt polluti Hierosolyma nuncios, & ab illis auxilium exciûere : qua amicitia aut familiaritate antegressa : nam contrà, erant hostes, & moribus plurimum discrepabant. Ipse uerò dicit, eos protinus obtemperasse pollicentibus occupaturos Ægyptum : quasi uerò non essent ipsi regionis perquàm periti, ex qua per uim exacti fuerant. Et si quidem inopes & calamitosi fuissent, fortasse periculum subiissent. Sed cum & urbem incoherent beatam, & agro fruerentur longè meliore quàm est Ægyptus, cur tandem in periculum se conijcerent, ut ueteribus hostibus, iisdem quæ corpora mutila habentib. quos ne familiare quidē quisquā fert, opem ferrent : neque enim utique futuram præsciebant fugam regis. Nam contrà ipse Manethon dixit, Amenophis filium cum trecentis militum millibus ad Pelusium occurrisse, id quod omnino sciebant aduenientes : mutationem uerò sententiæ & fugā eius conijcere qui possent : iam potitos cibarijs Ægypti eos qui ab Hierosolymis illuc expeditionem fecerint, dicit multum & crudeliter sæuissse : & hæc exprobrat, quasi nō hostes in illos adduxerit, aut quasi accusandi sint qui aliunde acciti sunt, cum eadem ante illorum aduentum & facerent, & facturos iurassent, qui erant natione Ægyptij. Sed & aliquanto post tempore Amenophis illos aggressus prælio uicit, & hostes interficiens ad Syriam usque persequutus est. Usque adeo uidelicet expugnatu facilima est Ægyptus undelibet inuadentibus : & qui tunc bello eam occupauerant, cum uiuere audirent Amenophim, neque aditus ab Æthiopia muniuerūt, cum magnum haberent ad eam rem apparatus, neque reliquas copias pararunt. Amenophis uerò etiam usque ad Syriam interficiens, inquit, eos persequutus est per inaquosas illas arenas : quasi uerò non facile esset exercitui sine prælio transire. Igitur authore Manethone nec ex Ægypto oriundum est genus nostrum, nec ei Ægyptij ulli admixti fuere. Nam leproforum & agrotantium multos consentaneū est in latumijs perisssse, cum ibi & diu & misere uixerint : multos & in sequutis postea prælijs, plurimos uerò in postremo & in fuga. Superest ut aduersus eum de Moyse dicam. Hunc uirum Ægypti admirandum illi quidē diuinumque existimant, sed ei affingunt incredibile maledictū : dicūt Heliopolitanum fuisse, unū ex illius loci sacerdotibus, illuc ob lepram fugatū. Atqui ostenditur in annalibus, eum quingentis octodecim annis antè fuisse, & maiores nostros ex Ægypto in eū quē nūc incolimus agrū, adduxisse. Iam nullo tali corporis uitio eum laborasse, ex ipsius dictis patet. Leproprosis enim interdixit, ne uel in urbe manerent, uel in pago degerent, sed soli ambularēt discisis uestibus. Quod si quis eos tetigit, aut sub eodē tecto fuit, immūdum dūcit. Quinimò si quis ab eo morbo curatus ualitudinē recuperauerit, huic præscribit Moyse expiationes quasdā, & fontanę aquę lotiones ac purificationes, & omniū corporis pilorum deraisiones : iubetque, ut multis uarijsque perfunctus sacrificijs, ita demū in sacram urbem intret. Atqui contrà cōsentaneū erat, ut qui hac calamitate laborasset, is cura aliqua & humanitate

utere

Moyse à Manethone leprosus falso dictus.

uteretur erga eiusdem miseriae socios. Neque uero solum de leprosis ita sanxit, sed etiam ne minutissima quidē corporis parte mutilis sacerdotio fungi permisit: quinimò si quis inter fungendū sacerdotio in quodpiā huiusmodi malū incidisset, eū honore illo priuauit. Potest ne igitur esse uerisimile, hæc illum contra seipsum sanxisse, legibus in probrum damnumque suū cōditis? Quin et nomē mutauit minimè probabiliter. Osarsiph enim, inquit, uocabatur: at id quidē mutationi nō quadrat, & uerum nomē indicat seruatū ex aqua Moyse. aquā enim Moy uocant Ægyptij. Igitur satis perspicuum factū esse puto, Manethonem, quando priscos annales sequutus est, haud multum à ueritate aberrasse: ubi uerò ad authoris incerti fabulas se cōuertit, aut eas improbabili-
liter cōposuisse, aut aliquibus, qui eas præ maleuolentia dixissent, credidisse.

Post hunc Chæremone[m] examinare uolo. Is enim Ægyptiacam historiā scribere se profitēs, idemque quod Manethon regi nomē Amenophis, eiusque filio Ramelsis nomē tribuens, dicit Isidem in somnis apparuisse Amenophi, exostulantem quod suum sanū in bello dirutum fuisset. Phritiphantē uerò sacrarū literarum peritum dixisse, si pollutis hominibus Ægyptū expiasset, terrore liberatū iri. Itaque illum electa morbidorū ducēta quinquaginta millia eiecisse. Illis autē præfuisse literatos homines Moysem & Iosephū, qui esset ipse quoque sacris literis eruditus. & eis Ægyptia nomina, Moyse Tisithen, Iosepho Peteseeph, fuisse. Hos ad Pelusiū uenisse, & ibi naētos fuisse hominū trecenta octoginta millia, ab Amenophi relictā, quæ ea in Ægyptū deportare nollet. Cū his amicitia inisse, atque ita Ægypto arma intulisse. Amenophim uerò eorū aduentu nō expectato, in Aethiopiā fugisse, relictā uxore prægnāte: & illam latitantē in quibusdā antris peperisse filiū, nomine Messenen: qui postquā adoleuit, ludæos in Syriā persequutus fuerit, & patrē Amenophim ex Aethiopia receperit. Hæc Cheremon. Arbitror autē ex ijs quæ dicta sunt manifestū esse amborū mēdaciū. Si quid enim ueri subesset, fieri nō posset, ut usque adeo discreparent. Sed qui falsa cōminiscuntur, nō quæ cū alijs cōsentiāt, scribunt, sed quæ ipsis uisum est, fingunt. Igitur Manethon regis cupiditatē uidēdi deos initiū fuisse dicit eiectionis pollutorū: at Cheremon propriū quasi Isidis somniū cōmētus est. & ille quidē Amenophim fuisse dicit, qui regi expiationē prædixerit: hic Phritiphantē. Multitudinis uerò numerus nō admodū, scilicet discrepat, illo octoginta millia, hoc ducēta quinquaginta dicēte. Preterea Manethon cū prius pollutos in lapidicinas eiecisset, deinde eis Abarim ad habitandū dedisset, & cæteris Ægyptijs infestos reddidisset, tū demum inuocasse dicit eos Hierosolymitarū auxiliū: at Cheremon discedētes ex Ægypto apud Pelusium inuenisse hominū trecenta octoginta millia, ab Amenophi relictā, & cum illis rursus Ægyptum inuasisse, Amenophim autem in Aethiopiā fugisse. Ac, quod est omnium maximè egregium, ne quidē dixit, quæ nam essent, aut unde uenissent tot hominum legiones, utrum Ægyptij essent natione, an aliunde uenissent. Quin neque causam explanauit, cur eos in Ægyptum rex ducere uoluerit, qui tamen de leprosis somnium finxit Isidis. Moyse uerò etiam Iosephum adiunxit Chæremone[m], quasi eodē tempore expulsū: cum Iosephus quatuor ante Moysem seculis mortuus fuerit, quæ

Cheremonis
locus.

conficiunt omnes fermè centum septuaginta. Iam Rameſſes Amenophis filius, authore Manethone, iuuenis cum patre bellum gerit, & fuga in Aethiopia elabatur: at hic eum facit poſt patris abitum in antro quodam natum, & poſtea prælio uincentem, & ludæos in Syriam fugantem, quorum erat numerus circiter ducentorum millium. O facilitatem. Neque enim prius quæ nam eſſent illa trecenta octoginta millia dixit, neque quonam pacto illa quadringenta triginta millia perierint, in prælio ne ceciderint, an ad Rameſem defecerint. Quod quæ eſt omnium maximè admirandum, neque quonam uocet ludæos ex eo licet diſcere, aut utris illorum nomen hoc imponat: utrū illis ducentis quinquaginta leproſorum millibus, an illis trecentis octoginta millibus, quæ erāt apud Peluſium. Sed ſtultū fortasſe fuerit pluribus refutare à ſeipſis refutatos. nam ab alijs eos refelli, eſſet tolerabilius.

*Lysimachi de
Iudæis mendacia.*

His autem ſubiungam Lysimachum, qui idem cum illis ſumpſit ille quidem argumentum mendacijs, ſed eorum incredibilitatem commentis ſuis ſuperauit. Dicit enim, ſub Bocchori Aegyptiorum rege ludæorum populum, homines leproſos & ſcabiſoſos, & alijs quibuſdam morbis laborantes, in fana confuſiſſe, cibum quæ mendicaſſe: ac plurimis hominibus morbo correptis ſterilitatem in Aegypto extitiſſe. Bocchorum autem Aegyptiorum regem ad Ammonem miſiſſe qui de ſterilitate reſponſum peterent. Illum iuſſiſſe ut fana expiaret à profanis impijs quæ hominibus, eis ex fanis in loca deſerta eiectis: ſcabiſoſos autem & leproſos ſubmergeret, utpote Sole eorum uitam ægrè ferente, fana quæ purificaret: ita demum terram fruges laturam. Bocchorim autem his oraculis acceptis, euocatis ſacerdotibus & flaminibus iuſſiſſe ut congregarent immundos, & militibus in ſolitudinem ducendos traderent: leproſos autem plumbeis laminis illigatos in pelagus deijcerent. Ita demerſis leproſis & ſcabiſiſis, reliquos in deſerta loca coactos, expoſitos fuiſſe. Eos conuentu conuocato, de ſeipſis conſultaſſe: cum quæ nox adueniſſet, ignibus & lucernis accenſis ſui cuſtodiam egiſſe: & ſequenti nocte cum ieiunaſſent, placafſe deos ut ſe ſeruarent. Poſtridie Moyſem quendam eis conſuluſſe, ut periculum facerent, unamque uiam ſecarent, donec in habitata loca ueniſſent: eos quæ monuiſſe, ut neque cuiquam mortaliū bene uellent, neque optimè, ſed peſſimè conſulerent, deorumque templa & aras, in quæcunque incidiſſent, euerterent. Hæc approbantibus cæteris ex illius ſententia per ſolitudinem iter feciſſe, atque ita multa perpeſſos in regionem cultam ueniſſe, & in homines ſæuiendo, & fana depeculando atque comburendo perueniſſe in eam quæ nunc ludæa nuncupatur, & condita urbe ibi conſediſſe, atque urbem hanc Hieroſyla, ab illorum ſacrilegijs fuiſſe nominatam. Sed eos poſtea rerum potitos, appellationem illam probri declinandi gratia mutafſe, & urbem Hieroſolyma, & ſe Hieroſolymos appellafſe.

*Lysimachum.
refellit.*

Hæc Lysimachus. Qui quidem non eundem cum illis regem inuenit, ſed nouum nomen commentus eſt: & prætermiſſo ſomnio ac uate Aegypto ad Ammonem proſectus eſt, de ſcabiſiſis & leproſis oraculum relaturus. Ait enim, in fana coiuſſe multitudinem ludæorum: utrum hoc nomine leproſis impoſitos

imposito: an solis ludæis hoc morbo laborantibus? Dicit enim ludæorum populum: quem nam? Aduenam ne, an indigenam? Cur igitur Aegyptij qui sunt, ludæos uocas? Sin peregrini, cur tandem id non dicis? aut quo pacto multis eorum à rege in mare summersis, reliquis in deserta loca expulsis, tanta eorum superfuit multitudo? Aut quo nam pacto & solitudinem transierunt, & quem nunc incolimus agrum occuparunt? & urbem condiderunt, & templum omnibus celebratissimum ædificauerunt? Debat & legislatoris non solum nomen dici, sed & genus declarari, quis nam & cuias esset, & cur tales eis leges ferre conatus fuisset, de inferenda dijs & hominibus iniuria in itinere. Siue enim natione erant Aegyptij, non ita facile à patrijs moribus descuissent: siue aduenæ, omnino aliquas habebant leges longa consuetudine seruatas. Et si quidem erga eos à quibus expulsi fuerant, nunquam se beneuolos fore iurarunt, erat causa probabilis: sed cunctis mortalibus non indictum bellum inferre eos, qui, ut ipse dicit, inopia laborantes, omnium egerent auxilio: hoc uero singularem non illorum, sed mentientis dementiam arguit, qui etiam nomen urbi indidisse illos à sacrilegio ausus est dicere, idemque postea immutasse. Scilicet eorum posteris probrum odiumque conflagrat illud nomen: ipsi urbis conditores hoc sibi nomen decori fore putabant. Et iste uir egregius præ immodica maledicendi intemperantia non intellexit, sacrilegium à nobis ludæis non eadem qua à Græcis uoce nominari. Quid amplius dici possit in tam impudenter mentientem? Verum postquam mediocrem iam magnitudinem hic liber adeptus est, alterum faciam initium, & cætera ad hoc institutum pertinentia, differere conabor,

FLAVII IOSEPHI

DE IUDAEORVM ANTI-

QVITATE, CONTRA APIONEM,

LIBER SECVNDVS.

De Apione
grammatico.



PRIORE Libro, mihi honoratissime Epaphrodite, nostri generis antiquitatem demonstraui, eā Phœnicum, & Chaldeorū Ægyptiorumq; literis planā faciēs, allegatisq; multis Græcis testibus, Manethoni & Cheremoni, alijsq; quibusdā contradixi: nunc reliquos qui contra nos aliquid scripserunt, refellere aggrediar. Quanquā in refutando Apione grammatico utrum seriò laborandū sit, equidem mihi orta est dubitatio. Nam eorū quæ ab ipso scripta sunt,

pars similis est dictis aliorum, partem admodum frigide adiecit: pleraq; scurrilitatem habent, & magnam (ut uerum dicam) inscitiam, quippe ab homine composita & moribus improbo, & qui per omnem uitam rabulam egit. Sed quoniam multorum hominum ea est amētia, ut huiusmodi libris magis quā serijs scriptis capiantur, & maledictis gaudentes, laudibus offendantur: operæpretium existimari ne hūc quidem inexamiatum relinquere, qui nostri accusationem planē tanquam in iudicio scripserit. Nam & illud plerisque hominibus usuuenire uideo, ut uehementer delectentur, si quis altero maledictis prouocato, ipse de suis criminibus coarguatur. Est autem eius orationē persequi non facile, aut quid sibi uelit apertē cognoscere: ac ferē (ut fit in magna perturbatione, mendaciorumq; farragine) partim in simile genus orationis labitur, quale est eorum quos iam exculsimus, de maiorum nostrorū ex Ægypto discessu: partim accusationem habet habitantium Alexandriae ludæorum. Tertium præterea admixtum est, uidelicet usitatę in fano nostro sanctimonix, & cæterorum institutorum accusatio.

Igitur neq; natione Ægyptios fuisse patres nostros, neq; ob corporū uitium, aut ulla alia huiusmodi incommoda illinc exactos fuisse, satis superq; iā demonstratum esse arbitror. Quæ uerò addit Apion, ea paucis repetam. hæc enim in Ægyptiacorum Libro tertio dicit:

Apionis locus.

Moses (sicut audiui ex senioribus Ægyptijs) Heliopolitanus fuit, qui patrijs morib. institutus, subdiales preces urbis moenibus accommodauit. Vergabat autē tota ad Subsolanum. sic enim Heliopolis quoq; sita est. Pro obeliscis autē statuit columnas, sub quibus erat similitudo peluis, & insuper collocata umbra uiri, ut semper in aere eodem cum sole cursu circumageretur.

Refutatio.

Hæc est mirabilis illa grammatici locutio, mendacium autem uerbis non eget, sed ipsa re patet. Nam nec ipse Moses, dum primum Deo tabernaculum fecit, ullam huiusmodi imaginem in eo posuit, neq; posteris facere mandauit: & qui postea Hierosolymis templum construxit Solomo, ab omni abstinuit curiositate tali, qualem contexuit Apion. Audiuisse autem se

dicit

dicit à senioribus Heliopolitanum fuisse Mosen: uidelicet iunior ipse illis cre-
 didit, qui per ætatem illum nouissent, & cum eo uersati fuissent. Et de Home-
 ro quidem poëta, ipse grāmaticus, quæ nam fuerit illius patria, affirmare non
 possit: quin neq; de Pythagora, qui tamen nuper admodum fuit. De Mose
 uerò, qui tot annorum multitudine illos antecessit, tam facile pronūciat, cre-
 dens dictis seniorum, id quod eum mentitum esse manifestum est. Iam de tē-
 poribus quibus eductos à Mose tradit leprosos & cæcos, & crurib. mutilos,
 ad unguem scilicet cum cæteris consentit accuratus hic grammaticus. Mane-
 rhon enim dicit, regnante Tethmosi migrasse ex Ægypto Iudæos, annis ante
 Danaï in Argos fugam trecentis nonagintatribus. Lysimachus regnāte Boc-
 chori, hoc est annis antè mille septingentis: Molon uerò & alij quidā, ut ipsis
 uisum est. At omnium fidelissimus Apion migrationē illam certò definiuit
 Olympiade septima: eiusq; annū primū dicit eum fuisse, in quo Carthaginē
 Phœnices condiderint. Carthaginē autē ideo omnino adiecit, quòd hoc sibi
 euidentissimū ueritatis argumentū esse existimaret: nec animaduertit se sui re-
 futationem secū trahere. Si enim de colonia illa credendum est Phœnicū an-
 nalibus, in illis scriptū est, Iromum regē annis plus cētum quinquaginta fuisse
 se ante conditam Carthaginem: quem Iromum Solomonis Hierosolymitani
 templi cōditoris amicum fuisse, multa q; ad templi extructionem contulisse,
 superius adductis ex Phœnicum annalib. testimonijs planū feci. Ipse autē So-
 lomo tēplum extruxit annis post egressos ex Ægypto Iudæos sexcentis. duo-
 decim. Iam uerò expulsoꝝ numerum eundem quē Lysimachus cōmentus
 (centum enim & decē millia fuisse dicit) mirabilem quandā & uerisimilē cau-
 sam adducit, à qua nominatū fuerit Sabbatū. Emēsi em̄, inquit, sex dierū iter,
 bubonib. laborarunt, eāq; ob causam die septimo requieuerūt, elapsi in eā re-
 gionē quæ nunc Iudæa dicitur: eumq; diē Sabbatū appellarunt, retēto Ægy-
 ptio uocabulo. nā inguinis dolorem uocant Ægyptij Sabbato sim. An non
 derisione dignæ sunt hominis nugæ? uel potius odio digna est talia scribēdi
 impudentia? Videlicet bubonib. laborarunt omnes, cum essent centū decem
 millia hominum. At si quidē erant illi cæci, claudi, & omnib. modis ægroti,
 quales fuisse dicit Apion, ne unius quidem diei iter conficere potuerunt. Sin
 uastam solitudinem peragere, & insuper aduersarios pugnando cuncti uin-
 cere potuerunt, certè non uniuerſi post septimū diem ab inguinibus labora-
 runt. Neque enim naturaliter solet hoc necessariò accidere ambulantibus:
 quin multa hominum millia semper mediocre iter conficiunt. Et id illis sua
 sponte sic euenisse, omnium est absurdissimum. At mirificus hic Apion sex
 diebus eos in Iudæam uenisse antè dixit: idemq; rursus Mosen refert cōscen-
 so mōte Sinæo, inter Ægyptū & Arabiam sito, dies quadraginta latuisse, &
 illinc digressum leges dedisse Iudæis. Sed qui fieri potest, ut & quadraginta
 dies in deserto in quosq; loco manserint, & ijdem omnem interiacentem re-
 gionem sex diebus permeauerint: Iam nominis Sabbati grammatica illa mu-
 tatio aut magnæ est impudentiæ, aut singularis imperitiæ. nā Sabbo & Sab-
 batum plurimum inter se differūt. Sabbatum enim Iudaico sermone requies
 est ab omni opere: Sabbo uerò, sicut ille ait, significat apud Ægyptios dolo-
 rem inguinis. Hæc sunt quæ de Mose & Iudæoꝝ ex Ægypto discessu noua
 tradidit,

tradidit, à se præter cæteros excogitata. Sed quid mirum, si de nostris mentitur maioribus, dicens eos fuisse genere Aegyptios, cum ipse de semetipso contra mentitus sit: & natus Oasi in Aegypto, omniumq; Aegyptiorum, si uerum dicendum est, uel primus, ueram patriam genusq; abiurauerit, & Alexandrinum se esse mentiens, sui generis improbitatem fateatur. Merito ergo quos odit, & maledictis incessere uult, eos uocat Aegyptios. Nisi enim uitiolissimos esse existimasset Aegyptios, nunquam id genus fugisset: siquidem qui sibi de patrijs suis placent, ab ijs se denominari gloriatur, & si qui eas sibi falso uedicant, eos refellunt. Iam duorum alterum erga nos faciunt Aegyptij: aut enim gloriandi gratia cognationem simulant, aut nos in societatem pertrahunt infamiae suae. At egregius hic Apion uidetur suam illam aduersum nos maledicentiam quasi mercedem quandam uoluisse Alexandrinis soluere datæ sibi ciuitatis: cumq; eorum in contubernales suos Alexandriae Iudæos simultatem intelligeret, decreuit Iudæis ille quidem cōuiciari: sed cæteros quoq; omnes complectitur, in utrisq; mentiens impudenter. Sed uideamus quæ nam sint graua illa, & immania Iudæorum Alexandriae incolarum crimina, de quibus eos accusat.

De Iudæis Alexandrinis.

Cum uenissent, inquit, ex Syria habitatum ad importuosum mare, fluctibus undarum uicini.

Ergo si in locum maledictum est, maledicit suæ nō patriæ ille quidem, sed quam dicit patriam, uidelicet Alexādrīæ. Illius enim maritima pars (id quod cōfitentur omnes) est ad habitandum amoenissima. Quam si Iudæi per uim occuparunt, ita ut ne postea quidem expulsi fuerint, argumentum est eorum fortitudinis. Locum quidem illum eis dedit Alexander ad habitandum, & parem cum Macedonibus honorem adepti sunt. Neq; uerò uideo quid dicturus fuerit Apion, si apud Necropolim habitarent, ac non apud palatium sedes haberent, atq; hætenus Macedonum appellationem obtineret eorum tribus. Quod si legit Epistolas Alexandri regis, & Ptolemæi Lagi filij, & scripta uidit illius successorum Aegypti regum, & positam Alexandriae columnam, aciura continentem quæ Cæsar ille magnus Iudæis cōcessit: si hæc, inquam, sciebat, & tamen contraria scribere ausus est, malus fuit: si horum nihil sciebat, imperitus. Iam cum miratur quo pacto, Iudæi cum essent, Alexandrini uocati fuerint, eiusdem est imperitiæ. Omnes enim in coloniam aliquā allekti, etiam si nationibus plurimum inter se differant, à conditoribus nomē accipiunt. qua quidem de re quid opus est alios commemorare? nostrum qui Antiochiam incolunt, Antiocheni nominantur, ciuitate enim eos donauit Seleucus ipse conditor. Similiter qui Ephesi & in reliqua Ionia degunt, idem cū indigenis nomen habent, hoc adepti à successoribus Alexandri. Romanorum uerò humanitas cunctis propemodum nomen suum impertiuit nō solum uiris, uerum etiam totis gentibus magnis. Certè qui olim Hiberi dicebantur, & Tyrreni, & Sabini, ij Romani uocantur. Quod si hunc ciuitatis modum tollit Apion, desinat Alexandrinum se dicere. Nam cum sit natus (ut supra dixi) in intima Aegypto, qui possit Alexādrinus esse, si ciuitatum donatio (id quod in nobis ipsis uult fieri) tollatur. Enim uerò solis Aegyptijs in ullam omnino ciuitatē ascribi interdixerunt nunc domini orbis Romani. At iste ita est egregius,

gius, ut uetita sibi uendicans, calumniari conatus fuerit eos, quibus ea meritò contigère. Neq; enim profectò ob colonorum penuriã congregauit Alexander nostrorũ aliquos in eam quã sedulò condebat urbem: sed omniũ uirtute ac fide diligẽter explorata hoc munus nostris dedit. Honorabat enim gentẽ nostram, sicut & Hecataeus de nobis refert, q; ob exhibitam ipsi à ludæis modestiam atq; fidem, Samariticum agrum, eis à uectigalibus immunẽ attribuerit. Ptolemæus quoq; Lagi filius, de Alexandria incolis eadem quæ Alexander sensit. Nam Ægypti munitiones eis cõmisit, sperans fideliter simul & fortiteneas custodituros. Cumq; Cyrenæ & reliquarum Africæ urbium Imperium tutò tenere uellet, in eas partem misit ludæorum ad habitandum. Eius quoq; successor Ptolemæus, cognomento Philadelphus, non solum si qui nostrorum apud eum erant captiui, omnes reddidit: uerum etiam pecuniã sæpe largitus est: quodq; maximum est, leges nostras cognoscere, & sacrarũ literarum libros legere concupiuit. Itaq; misit petitũ, ut homines mitterentur qui sibi legem interpretarentur: & eorum bene describendorum curam mandauit nõ quibusuis, sed Demetrium Phalereum, & Andream, & Aristẽ (quorum Demetrius erat sui temporis doctissimus: reliquis duobus madata erat prouincia custodiendi corporis regis) huic negotio præfecit. qui profectò nunquam leges nostras & patriam disciplinam discere concupiuisset, si utentes his homines contempsisset, ac nõ summopere suspexisset. Apionem uerò latuit omnes ferè deinceps ipsius maiorum Macedonum reges animo fuisse erga nos beneuolentissimo. Etenim tertius Ptolemæus, qui dictus est Euergetes, tota Syria uictus, non Ægyptijs dñs de uictoria gratias egit sacrificando: sed Hierosolyma profectus, multa more nostro peregit Deo sacrificia, & donaria, p uictoriæ dignitate reposuit. Philometor uerò Ptolemæus, & eius uxor Cleopatra, uniuersum regnum suũ ludæis crediderunt, uniuersarum copiarum imperatoribus ludæis Onia & Dositheo: quorum nomina cauillatur Apion, quorum deberet opera admirari, ac non conuiciari, sed gratiam eis habere ob conseruatam Alexandriam, cuius ciuitatem ipse sibi arrogat. Nam Alexandrinis bellum cum regina Cleopatra gerentibus, & in summo salutis suæ periculo uersantibus, illi pacificatores extiterunt, & eos ciuilibus malis liberarunt. Sed postea duxit Onias (inquit Apion) in urbem exiguum exercitũ, cum illic præsens adesset Romanorum legatus Thermus. Et sanè rectè fecit, & admodũ iustè. Nã Ptolemæus cognomine Physcon, mortuo eius fratre Ptolemæo Philometore, à Cyrene profectus est, regno expellere cupiẽs,

*Alexandri de
Iudæis existia
matio.*

¶ Quæ sequuntur non exant in Græco, sed ex uetere translatione huc à me translata sunt Latini: correctæ etiam, sicubi per coniecturam fieri potuit, sententia.

regis filios, ut ipse regnum per scelus occuparet. Hanc ob causam Onias bellum aduersus eum pro Cleopatra suscepit, & suę erga reges fidei in necessitate nequaquam defuit: atq; eius iusticiæ testem se Deus apertè præbuit. Nam cum Ptolemæus Physcon cum Oniæ exercitu prælio decernere in animo habens, omnes quicunq; in urbe extabant ludæos cum liberis & uxoribus cõprehendisset, & nudos uinctosq; elephantis conculcandos obiecisset, & ad id beluas etiam inebriasset, contrà quàm ipse instituerat accidit. Elephantis enim

Iosaph.

EE

omissis

*Elephāti in Iu-
deos seuire re-
cusant.*

*Cleopatra sce-
lera.*

*Aegyptiorum
religio.*

*Seditionis cri-
men refellit.*

omissis Iudæis sibi expositis, regis amicos aggressi multos eorum interemē-
re. Hoc tam horribili spectaculo motus cum hæreret Ptolemæus, quo illis ho-
minibus nocere prohibebatur, orante eius dilectissima concubina (quam alij
Ithacam, alij Hirenen nominant) ne tantum scelus perpetraret, concessit, &
eorum quæ uel fecerat uel facturus erat, poenitentiam egit. Itaque eam diem A-
lexandrini Iudæi, ut in qua apertè salutem consequuti sint, meritò celebrant.
At Apion omnium calumniator, etiam ob bellum aduersus Physconem ge-
stum Iudæos accusare animum induxit, cum eos laudare debuerit. Ille uerò
etiam Cleopatraz Alexandrinorum reginæ ultimæ sic meminit, ut eius in nos
ingratitude nobis exprobet, ac non illam potius uituperet, cui nihil om-
nino uel iniusticiæ uel scelerum defuit, tum in suos necessarios, tū in maritos
qui ipsam amauerant, tum cōmuniter in Romanos omnes, & bene de se me-
ritos Imperatores: ut quæ etiam sororem suā Arsinoen occiderit in templo,
nulla ab ea affecta iniuria. Peremit & fratrem infidijs, patriosq; deos & ma-
iorum sepulchra depeculata est. Eadem regnum à primo Cæsare cōsequuta,
in eius filium & successorem rebellare ausa est: & corruptum amatoris pocu-
lis Antonium & patriæ hostē reddidit, & in amicos infidelem effecit, alijs re-
gio genere spoliatis, alijs ad facinora perpetranda impulsis. Sed quid opus est
pluribus? Non ne eundem in nauali prælio & maritū, & cōmunium liberūm
parentem derelinquēdo, prodere cum exercitu principatum, & se sequi coe-
git? Postremò capta à Cæsare Alexandria, eò progressa est, ut in eo demum
ipem sibi positā esse iudicaret, si posset ipsa sua manu Iudæos perimere: ut in
omnes crudelis & infidelis. Scilicet nobis pudendum, ac non potius glorian-
dum est, si illa, quemadmodū dicit Apion, uigente fame Iudæis frumentum
mensa non est. Sed illa quidem meritas dedit poenas. Nos uerò maximo Cæ-
sare utimur teste nostræ erga ipsum aduersus Aegyptios fidei, neq; nō sena-
tu eiusq; cōsultis, & Epistolis Cæsaris Augusti, quibus nostra merita cōpro-
bantur. Has literas inspicere debebat Apion, & generaliter examinare testis-
monia quæ uel ab Alexandro, uel ab ominib. Ptolemæis præbita sunt: tū quæ
à senatu & maximis Cæsaribus fuere decreta. Quod si Germanicus cunctis
Alexandriæ incolis frumenta admetiri nō potuit, hoc uerò non Iudæorū cri-
men, sed sterilitatis & penuriæ frumenti argumentū est. Quid enim sentiant
omnes Imperatores de Alexandriæ incolis Iudæis, palàm est. nā frumēti quid-
dem suppeditatio nō magis eis quàm cæteris Alexandrinis denegata est. Ma-
ximam uerò fidem eis olim à regibus habitam fuisse ostendit custodia flumina-
nis, totiusq; præsidij: quam illi eis nunquā profectò credidissent, nisi dignos
iudicassent. Sed pergit Apion. Qui sit, inquit, ut si ciues sunt, non eosdem cū
Alexandrinis deos colant? Cui ego sic respondeo: Quis sit ut & uos, cum sitis
Aegyptij, inter uos atroci & capitali bello de religione contendatis? Nūquid
uos omnes Aegyptios, aut omnino homines esse negabimus, quoniam be-
stias magna cura nutrientes reclamante natura colitis? nam nostrorum quidē
genus concors esse constat. Quod si inter uos Aegyptios tanta est opinionū
discrepantia, quid eos miraris qui Alexandriam aliunde uenerunt, si ex con-
stitutis olim legibus religionem retinuere? At etiam seditionis crimen nobis
impingit: qui si uerè de ea Iudæos accusat Alexandrinos, cur nō nos oēs eo-
dem

dem crimine inuoluit, cum inter nos concordiam esse constet? Quid quod illius seditionis authores Alexādrinos ciues Apionis similes fuisse facile euinci potest: Quādiu enim Græci & Macedones urbem illam tenuēre, nullam in nos seditionem excitarunt, sed antiquis cessere solennitatibus. Sed postquā inter eos creuit Aegyptiorum multitudo, turbatis rebus etiā seditio semper extitit, nostra quidem natio pura permansit. Itaq; ipsi authores extiterunt harum turbarum, quod populus neq; Macedonicam constantiam, nec Græcā prudentiam retineret: sed malis Aegyptiorum moribus præditi omnes, antiquas in nos similitudines exercerent. Nam quod nobis exprobrare audent, id contrā est: siquidem cū eorum plurimi ius illius ciuitatis iniquē obtineāt, peregrinos uocant eos quibus concessam fuisse immunitatē hanc inter omnes constat. nam Aegyptijs neq; olim regnum, neq; nūc Imperatorem quenquā ius ciuitatis largitum fuisse, manifestum est. At nos Alexander introduxit, reges auxēre, Romani semper sibi tuendos putarunt. Sed hoc nobis uitio uertit Apion, quod Imperatorum statuas non ponimus: quasi uerò hoc illi ignoret, aut Apionis patrociniū egeant. cum potius admirari debuerit Romanorum magnanimitatem atq; modestiam, qui subditos suos ad patriorum institutorum uiolationem non cogant, sed eos demum honores exigant, qui eis à subditis piē & legitime possint exhiberi. neq; enim acceptos habent honores coactos & uiolentia expressos. Græcis quidem & alijs quibusdam bonū esse creditur, statuas erigere: quin & patrum, & uxorū natorumq; effigies gloriæ bundi depingunt: quidā etiam hominū nulla sibi necessitudine coniunctorū sumunt imagines: nonnulli & seruorum, quos charos habent. Quid ergo mirum, si etiam principibus & dominis honorē hunc exhibere solent? At legislator noster, non quod Romanorum potentiam non honorandam esse uaticinaretur, sed quod rem nec Deo nec hominib. utilē despiceret, quodq; simulachra cunctis etiam animantibus, ne dum Deo inanimato, deteriora esse cōstaret, imagines fieri uetuit. Alijs quidem honoribus bonos uiros secundum Deum coli non prohibuit: quibus quidem nos & Imperatores & populum Rom. pro dignitate euehimus, facimusq; pro eis continua sacrificia: neq; solum quotidie cōmuni Iudæorū omniū sumptu talia celebramus, uerū etia, cū alioquin nullas alias hostias uel publicē pro repub. uel priuatim pro liberis immolamus, solis Imperatoribus honorem hunc præcipuum communiter exhibemus, quem alioquin nulli mortaliū præstamus. Atq; hæc in uniuersum esto defensio contra Apionē, super ijs quæ de Alexandria dicta sunt.

Cæterum illos quoq; miror, qui ei ansam hanc præbuēre, uidelicet Possidonium & Apollonium Molonis: qui nos quidem accusant, quod non eosdem cum alijs colamus deos. Ipsi uerò cum & mentiantur, & de templo nostro fœda maledicta comminiscantur, impiē se facere non putant, cū liberis hominibus quacuncq; tandem ratione mentiri sit omnino turpissimū: sed multo turpius de tēplo apud mortales omnes celebrato, tantaq; sanctitate prædito. In hoc enim sacrario asini caput collocasse Iudæos, idq; coluisse, & singulari religione dignatos fuisse, ausus est Apion dicere. Idq; patefactū fuisse assermat, dum Antiochus Epiphanes templum depeculans, caput illud reperit auro factū, magniq; precij. Ad quod ego primum hoc respondeo: Non de-

Ioseph.

EE 2

buisse

Iudei imperatoribus statuas cur non ponāt.

Crimen de asini capite refellitur.

Antiochi Epiphanis in Iudeos perfidia.

buisse Aegyptium, etiamsi quid apud nos tale fuisset, reprehendere, cum nihilo sit asinus deterior uiueris, & hircis, ceteris que qui apud Aegyptios di habentur. Deinde quod fieri potuit, ut suum illud incredibile mendacium res ipsa refelli non uideret. Legibus namque semper utimur isdem, & in is perpetuo perseveramus. Cum que urbem nostram, sicut & aliorum, uarij casus uexauerint, & Theus, & Pompeius Magnus, & Licinius Crassus, & postremo Titus Caesar templum armis expugnauerint, nihil tale illic inuenire, sed purissimam pietatem, de qua nihil nobis est apud alios effabile. Antiochum autem non iure, sed pecuniae egestate impulsus, templum deprædatum, & nos non hostes, sed socios amicosque suos aggressus fuisse, neque quicquam derisione dignum illic inuenisse, multi, isdem que præclari scriptores testantur: Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes, & Castor annalium scriptor, & Apollodorus: qui omnes tradunt, pecunijs indigentem Antiochum, uiolasse foedus ictum cum Iudeis, & plenum auro argento que templum uiolasse. Hæc spectare debuit Apion. Quod profecto fecisset, nisi & asini corde, & canis (qui ab eis coli solet) impudentia præditus fuisset. neque enim sic alioquin mentitus fuisset. Nos uero asinis nec honorem nec potestatem ullam tribuimus, sicut Aegyptij crocodilis & aspidibus, dum eos qui ab his mordentur, aut à crocodilis rapiuntur, felices & Deo dignos arbitrantur. Quin apud nos (sicut & apud alios homines sapientes) sic sunt asini, ut imposita sibi onera portent: & si forte de areis fruges comederunt, aut iniuncta sibi opera non præstiterunt, ictibus contendantur: quippe operibus & rei rusticæ destinati. Sed Apion profecto aut fuit omnium imperitissimus ad comminiscenda mendacia: aut sumpto à rebus falsis initio, conata perficere non potuit, quando nullum ei maledictum contra nos succedit.

Hæc uerba quod sibi uelint, non intelligo, ideoque non mutauit.

Apionis mendacium de Græco homine: à Iudeis immolando.

Alteram fabulam nostri uituperatione plenam de Græcis adiecit. Qua de re hoc dicere satis erit, quod qui de religione uerba facere audent, non ignorare debent, rem esse minus immundam profanos homines per templa transire, quam sacerdotes scelestas narrationes confingere. Isti uero maluerunt sacrilegum regem defendere, quam de nostris & templo iusta ueracque conscribere. Volentes enim Antiocho gratificari, eiusque perfidiam ac sacrilegium quoaduersus gentem nostram ob pecuniae egestatem usus est, tegere: & detrahentes nobis etiam quæ in futuris essent mentiti sunt. Apion uero etiam plura uaticinatus est. Dixit Antiochum in templo inuenisse lectum, & hominem in eo iacentem, & appositam ei mensulam marinis terrestribusque uolucrum dapibus refertam. Ad quæ cum obstupuisset Antiochus, illum mox adorasse regem ingressum, tanquam maximam sibi opem allaturum: ac prolapsus ad eius genua, extensa dextera petisse libertatem. Et iubente rege ut resideret, & diceret quis nam esset, cur ue ibi habitaret, aut quæ ciborum illorum causa foret: hominem cum gemitu & lachrymis flebiliter suam narrasse miseriam. Ait, inquit, esse se Græcum, & dum eam regionem uictus sibi comparandi gratia peragraret, ab extraneis hominibus subito correptum fuisse, & adductum in templum, atque illic conclusum, à nemine conspici, sed omni dapum apparatu saginari. Et primum quid hæc sibi inopina bona attulisse letitiam, deinde suspicionem,

postea

postea stuporem. Postremò ex ministris ad se uentitantib. percontando audiuisse ludæorum legem arcanam, secūdam quam aleretur, id quod illi quorū tannis statuto tempore factitarent. Comprehendere enim eos Græcū peregrinum, eum que per unius anni spacium saginare: deinde ductum in syluam quandam occidere, eiusq; corpus suis ritibus mactare, & uiscera gustare: & in ea Græci immolatione inimicitias aduersus Græcos iureiurādo sancire: actum demū perempti hominis reliquias in syluam quandam abijcere. Deinde refert, eum dixisse, paucos iā sibi dies de destinato spacio superesse: rogasseq; ut reueritus Græcorum deos, suum sanguinem aduersus ludæorum insidias tueretur, seq; malis circumstantibus liberaret.

Hæc quidem fabula non solum planè tragica est, uerū etiam crudeli impudentia redundat: neque tamen à sacrilegio uindictat Antiochum, sicut arbitrati sunt qui hæc in illius gratiam conscribere. Neque enim in templum ingressurus tale quicquam futurum præuidit, sed illud non sperans reperit. Fuit ergo praua uoluntate profanus, & omnino impius, utcunque prolixo mendacio defendatur, quod ex ipsa re cognoscere facilimum est. Neq; enim à solis Græcis discordare constat leges nostras, sed uel in primis ab Ægyptijs alijsque plurimis. Cuius enim gentis homines non contigit aliquando apud nos peregrinari? ut in solos Græcos anniuersaria coniuratione effuso sanguine sæuiremus? Aut quī fieri poterat, ut ad illas hostias omnes ludæi coirent, totq; hominum millibus ad gustandum uiscera illa, sicut dicit Apion, sufficerent? Aut cur repertum hominem, quicumque fuit, non suo nomine descripsit Apion? Aut cur eum rex in ipsius patriam non cum pompa deduxit? cum posset hoc factum ipse pius haberi, & Græcorum amator eximius: tum ad suum in ludæos odium magna cunctorum auxilia sibi conflare. Sed hæc missa faciam, dementes enim non uerbis, sed re coarguendi sunt. Sciunt omnes, qui templi nostri opus uidere, quale fuerit, quamque in uiolabili sanctimonia castum. Quatuor enim porticus circum se habuit, & earum suam quæque secundum legem custodiam. In extimam porticum ingredi licuit omnibus etiam extraneis: tantum menstruatae foeminae intrare uetabantur. In secundam porticum intrabant ludæi omnes, eorumque coniuges, si erant ab omni pollutione munda. In tertiam mares ludæi mundi atque puri. In quartam sacerdotes, uestitu sacerdotali induti. In penetrale uerò, soli pontifices sua ueste amicti. Tanta autem in omnibus erat cura religionis, ut non nisi statis horis sacerdotes intrare fas esset. Nam manè aperto templo, immolandæ prius erant traditæ hostiæ, atque ita demū intransdum: rursusque meridie claudendo templo. Denique ne uas quidem ullum inferri licebat in templum: sed in eo posita erant duntaxat altare, mensa, thuribulum, candelabrum: quæ omnia in lege descripta sunt. Neque enim arcani quicquam aut abditi ibi agebatur, neque ulla epulatio peragebatur. nam quæ diximus, ea totius populi manifestum testimoniū, actionumq; rationem habent. Cum essent enim sacerdotum cognationes quatuor, quarum cognationum unaquæque habebat hominum plus quinque millia, illud obseruabatur, ut per uices certi certis diebus operarentur: quibus transactis, alij succedentes ad sacrificia uenirent, & meridie in templum congregati.

gati à decessoribus suis clauēs templi & uasa omnia ad numerum acciperent, nullo esculento aut poculento in templum illato. Nam talia etiam ad altaria obmouere uetitum est, exceptis quæ ad sacrificia præparantur. Quid ergo Apionem dicemus? nam nullo horum perpenso incredibilia effutuisse: at turpe est grammatico rei uerā narrationem afferre nesciuisse. Sin templi nostri religionem sciens eam prætermisit, & hominis Græci comprehensionem finxit, & pabulum arcanum, & ciborum illas lauitias, & peruios ingredientiētes quò ne nobilissimis quidem Iudæorum intrare licebat, nisi essent sacerdotes: hæc, inquam, extremæ sunt impietatis uoluntarijque mendacij, ad eorum deceptionem, qui ueritatem discutere noluerint. Nam fictis illis quæ dixi, arcanis sceleribus, nos in inuidiam uocare conati sunt.

*Apionis mēda-
cium de Zabi-
do.*

Pergit Apion nugari, homo uidelicet religionis præcipue, & fabulæ inania quædam adiicit. Ait enim illum retulisse, cum aliquando Iudæi cum Idumæis diutinum bellum gererent, uenisse ad Iudæos ex quadam Idumæorū urbe cultorem quendā Apollinis, nomine Zabidum: qui promiserit eis traditurum se Apollinem Dorensium deum, uenturumque illum in nostrū templum, si omnes eò ascenderent, omnemque Iudæorum multitudinem adducerent. Zabidum uero fecisse machinam quandam ligneam, eamque sibi circumposuisse: & in ea tres ordines infixisse lucernarum, & ita ambulasse, ut procul spectantibus speciem præberet stellarum humi

¶ Iam deinceps ex Græco transtulimus.

incedentium. Cuius spectaculi miraculo territos Iudæos procul restituisse: Zabidum uero sensim ad templum accessisse, & detracto aureo illo asini capite (sic enim lepidè scripsit) rursus Doram celeriter discessisse. Nimirum nos quoque meritò dixerimus Apionem asinum, hoc est seipsum onerare, sibi que nugarum simul & mendaciorum sarcinam imponere. Siquidem & loca quæ nulquam sunt scribit, & urbes quas nescit transfert. Nam Idumæa finibus nostris contermina est, secundum Gazam posita, nec ullam urbem habet quæ Dora dicatur. Est quidem in Phœnicia apud Carmelum montem urbs nomine Dora, quæ cum Apionis nugis nihil habet negotij, utpote quæ quadridui itinere distet ab Idumæa. Quid igitur iam nos insimulat, quòd non eosdem cum alijs habeamus deos, si tam facilè persuasum est maioribus nostris uenturum Apollinem ad eos, & cum stellis illis humi ambulantiētem à se uisum arbitrati sunt? Lucernā em̄ uidelicet nunquam antè uiderant, quibus tot & tantas accendere lucernas mos erat. Sed neque quisquam ei regionem peragranti ex tot millibus obuiam factus est: & muros à custodibus desertos nactus est, cum esset bellum. Omitto cætera. Templi ostia erant altitudine sexaginta cubitorum, latitudine uiginti, ea que tota deaurata, & propemodum solida. Hæc claudebant quotidie uiri non minus ducenti, & aperta relinquere nefas erat. Facile igitur ea uidelicet aperuisset, aut se aperturum sperasset ille lucernifer, præsertim asini, ut putabat, caput gestans. Vtrum igitur illud ad nos rursus attulit ille, an potius Apion illud sumpsit, & in templum intulit, ut id reperiret Antiochus, ad suppeditandam Apioni secundam fabulam?

Iuſſurandum

Iusiurandum quoque nobis falso affingit, quasi qui Deum iuremus coeli terraeque & maris conditorem, nos nulli extraneo beneuolos futuros, praesertim Graecis. Enimuero debebat, semel mentiri aggressus, dicere nulli beneuolos fore extraneo, praesertim Aegyptijs. Sic enim primis eius commentis consentanea essent quae de iureiurando dicerentur, si modo ab Aegyptijs cognatis suis exacti fuere maiores nostri non ob prauitatem suam, sed ob calamitates. Nam a Graecis quidem loco magis quam moribus distamus: ut nulla in eos laboremus simultate aut obrectatione. Quin contra multi eorum in nostras leges aliquando transierunt: quorum nonnulli mansere, alii qui duritatis impatientes rursus defecere: neque quisquam unquam iusiurandum illud a nobis iuratum se audiuisse dixit, sed solus, ut uidetur, Apion audiuit. quippe ipsemet eius fictor. Iam ex eo quod dicturus sum, est operae precium etiam atque etiam admirari acumen Apionis. Argumento enim esse dicit, nos neque iustis uti legibus, neque Deum rite colere, quod non imperemus, sed potius gentibus alias alijs seruiamus: quodque urbs nostra in calamitates quasdam inciderit: quasi uero ipsorum ciuitas pollentissima olim imperare, ac non Romanis seruire consueuerit, quorum magnanimitatem quis euadere queat? Ceterorum quidem hominum nemo ferme est, quin seipsum illo Apionis dicto petatum esse dicere queat. Paucis enim principatum adipisci licuit, & eos ipsos mutationes rursus alijs seruire coegerunt. Soli Aegyptij, quia in eorum fines conuersi in beluarum formas dii, ut ipse ait, confugerunt, atque ita euaserunt, singulare donum illud adepti sunt, ut nulli unquam eorum qui Asiae aut Europae imperarunt, seruiuerint: quos nullum unquam libertatis diem ab omni aeuo consequutus fuisse constat, ne quidem a patribus familiis. Nam quo pacto eos tractauerint Persae, non semel, sed saepius urbes depopulando, fana diruendo, & quos pro dijs habet iugulando, exprobrare nolum. Imitari enim non decet Apionis inscitiam, cui nec Atheniensium, nec Lacedaemoniorum fortunae uenerunt in mentem: quorum hos fortissimos, illos religiosissimos esse Graecorum omnes praedicant. Omitto reges pietate celebres, quorum unus fuit Croesus: qui in quantas inciderunt calamitates? Omitto combustam arcem Atheniensium, & templum Ephesi, & Delphorum, & alia mille, quae nemo passis, sed authoribus exprobrauit. At nostri nouus accusator repertus est Apion, suorum ipse Aegypti malorum oblitus, nimirum eum caecauit fabulosus ille rex Aegypti Sesostris. quasi uero nos nostros reges Dauidem & Solomonem commemorare non possimus multas sibi subegisse gentes. Sed, ut illa praetermittamus, ignorauit Apion quae nota sunt omnibus: uidelicet Persis, & post illos Asiae imperantibus Macedonibus, sic seruiuisse Aegyptios, ut a mancipijs nihil differrent: cum nos interea liberi insuper finitimis ciuitatibus, imperauerimus annos fere centum uiginti, usque ad Magnum Pompeium: cunctisque ubique regibus debellatis a regnantibus, ubique Romanis, soli nostrorum qui Romanorum socij amicique erant, ob fidem conseruati fuerint. Sed admirandos uiros non praebuimus, ut artium quarundam inuentores, & sapientia praestantes: & enumerat Socratem, & Zenonem, & Cleanthem, & eius generis alios quosdam deinde illis recensitis, seipsum, omnium uidelicet maxime admirandum, adiungit, beatamque praedicat Alexandriam, quae tale ciuem habeat. Erat enim opus ei

Apionis calumnia de Iudeorum iureiurando.

Seruitus an improprie sit signum.

De uiris illustribus.

*De animalium
maestatione cri-
men refellitur.*

Apionis mors.

*Præfatio de
Mose & eius
legibus.*

teste seipso, quippe qui cæteris omnib. rabula malus esse uideretur, & uitæ & orationis perditæ: ut meritò miseranda sit Alexandria, si sibi de ciue hoc placebat. Quod ad eos nostrorum attinet, qui nulli uirtute secundi extitère, norunt qui Antiquitates nostras legerunt. Reliqua quæ in accusatione scripta sunt, digna forsità fuerint, ad quæ nihil respondeatur, ut ipsemet tum sui tum cæterorum Ægyptiorum sit accusator. Criminatur enim nos, quòd animalia immolemus, & suilla non uescamur, & uerendorum circumcissionē deridet. Et mansuetorum quidē animalium maestatio nobis cōmunis est cum cæteris omnib. mortalibus: Apion uerò dum immolantes insinuat, ipse se natione Ægyptiū esse coarguit. Necq̃ eīm si Græcus aut Macedo foret, eo offenderet: utpote cū ij dñs uictimas uoueant, & hostijs ad epulas utantur: nec iccirco pecorib. destitutus est mundus, id quod Apion ueritus est. Quinimò si Ægyptiorū mores sequerentur omnes, defereretur orbis ab hominibus, idēq̃ laxissimis repleretur bestiis, quas isti deos esse putantes sedulo alunt. Iam si quis eum interrogaret, omniū Ægyptiorū quos nam sapientissimos & maximè pios esse existimet, omnino sacerdotes confiteretur. his enim duo hæc dicit a regibus olim fuisse mandata, deorū cultum, & sapientiæ curam. Atqui illi omnes & circumciduntur, & à suilla abstinere: quin nec ullus omnino cæterorū Ægyptiorum immolat dñs. Itaq̃ mente cæcus fuit Apion, qui cum in Ægyptiorum gratiam nobis conuictiari statuisset, illos accusat: ut qui non solum utantur ijs quibus iste conuiciatur moribus, uerum etiam alios circumcidi docuerint, sicuti dixit Herodotus. Quo fit, ut mihi meritò uideatur iustas dedisse pœnas Apion suæ in patrias suas leges maledicentiæ. Nam circumcidi coactus est, cum uerendorum ulcere laboraret, & nihil adiutus circumcissione, putrescente membro cum grauib. cruciatibus mortuus est. Est enim cordati hominis patrijs religionis legibus diligenter obtemperare, peregrinas non uituperare. Ille uerò & suas fugit, & in nostras mentitus est. Et hic quidem Apioni uitæ finis fuit, & hic nostri quoq̃ sermonis finis esto.

Quoniam autem & Apollonius Molo, & Lyfimachus, & alij quidam cum incititia, tum maximè odio impulsī, & de legislatore nostro Mose, & de legibus nec iusta nec uera prodiderunt, illum ut præstigiatores deceptorumque calumniantes: leges uerò non ullius nobis uirtutis, sed prauitatis magistras esse dicentes: libet paucis tum in uniuersum de nostræ reip. ratione, tum de singulis, ut potero, dicere. Spero enim perspicuum futurum, nos leges habere & ad pietatem, & ad mutuam inter nos communionem, & in uniuersum ad humanitatem, ac præterea ad iusticiam laborumque tolerantiam & mortis contemptum optimè compositas. Rogo autem lecturos hoc scriptum, ne cum inuidia legant. Necq̃ enim nostri ipsorum encomium conscribere decreui: sed nobis de multis falso accusatis defensionem hanc iustissimam esse puto, à legibus secundum quas uiuimus petitam. Vtus est autem Apollonius accusatione non coniuncta, sicut Apion: sed sparsim & in toto Opere interdum ut impijs nobis & hominū oforibus conuiciatur: non nunquā timiditatē nobis exprobrat, quandoq̃ cōtrā audaciæ nos & temeritatis insinuat. Dicit etiam barbarorum esse ignobilissimos, ideoq̃ solos nulum ad uitam inuentum contulisse. Quæ omnia perspicue refutatum iri exis-

sumo

stimo, si demonstratum fuerit, contraria eis quæ ab illo dicta sunt, & nobis à legibus præcepta esse, & à nobis accuratissimè præstari. Quod si fortè coactus fuero ea commemorare, quæ apud alios contrà quàm apud nos instituta sunt, ascribi causa debet ijs, qui nostra, tanquam deteriora, conferri uolunt. Quibus quidem neutrum, ut spero, dicere restabit, uel non eas habere nos leges, quarum ego præcipuas allegabo: uel nos non maximè omnium parère nostris legibus.

Igitur, ut rem paulò altius repetam, hoc primùm dico, eos qui cum sine lege & ordine uiuerent, ordinè legemq; concupiuerunt, primiq; hoc aggressi sunt, meritò dicendos esse mansuetudine & naturæ uirtute excelluisse. Certè conantur sua quicq; ad antiquissima secula referre: ne alios imitari, sed alijs legitime uiuendi ipsi authores extitisse uideantur. Quæ cum ita sint, legislatoris officium est, optima uidere, & quæ sanciat, usuris persuadere: multitudinis autè, omnibus decretis obtemperare, neq; in rebus secundis, neq; in aduersis eorum quicquā immutare. Igitur legislatorē nostrū dico omnibus quotquot usquā cōmemorantur legislatoribus uetustate antecellere. Lycurgi em̃ & Solones, & Locrorū Zaleucus, denq; omnes qui apud Græcos sunt in admiratione, nuper admodum, si cum illo conferantur, fuisse comperiuntur: quippe cum ne nomen quidē ipsum legis quōdam apud Græcos notū fuerit, uel Homero teste, qui in suo carmine nusquā eo usus est. Neq; enim erat eius tēpore lex: sed indefinitis sententijs regumq; imperatis plebs regebatur. Vnde & diu moribus non scriptis usi fuere, multa eorum è re nata subinde mutare soliti. At noster legislator ille antiquissimus (hoc enim certè confidentur etiam qui contra nos nihil non dicunt) & seipsum plebi præstitit optimū ducem atq; consiliarium: & uniuersam uiuendi rationē lege complexus, ut admitterent persuasit, ut quæ cognitam constantissimè tuerentur effecit. Ac uideamus eius operum primum atq; primarium. Ille enim maiores nostros, postquam eis uisum est relicta Ægypto in patriā terram reuerti, cum quidē essent eorum plurima millia, assumptos ex multis iisdemq; maximis difficultatibus in tutum perduxit. Nam eis in aquosa illa & uasta permeanda erat arena, & uincendi hostes, & inter pugnandum liberi, & uxores, & pecora tuenda. In quibus omnibus ille & imperator optimus extitit, & consiliarius prudentissimus, & omnium curator uerissimus. Cum quæ uniuersam multitudinem sibi obnoxiam reddidisset, sibi quæ in omnibus dicto audientem haberet, nihil inde sibi supra cæteros arrogauit, quin cum esset in eo statu, in quo dum sunt qui cæteris præsumunt, & sibi potentiam & tyrannidem maximè uindicare solent, & in plebem multa flagitia perpetrare: hanc, inquam, ille potentiam adeptus, contrà & sibi pietatem colendam putauit, & magna beneuolentia prosequendum populum: ita demum se maximè & uirtutem suam ostēsurum esse existimans, & salutem ijs firmissimam præstiturum, qui se ducem facerent. Igitur cum & honestum institutum haberet, & magnis rebus gestis clarus esset meritò nos diuinum habere ducē & consiliarium existimabamus. Cumq; ipse sibi prius persuasisset, se Dei uoluntate omnia & facere & cogitare, eadem opinione plebem ante omnia imbuendam esse existimauit. Qui enim à Deo uitam suam inspicere credunt, &

Legislatoris et multitudinis officium.

Mosis uetustas.

Legis nomen olim Grecis ignotum.

Mosis laudes.

nihil

Legū collatio.

† Hunc locum
in Græco (ut
suspicio) de-
prauatū, trans-
tuli ut potui.
Mihi quidē is-
pse hic non sa-
tisfacio.

De Deo.

nihil peccare audent. Talis fuit noster ille legislator, non præstigiator, neque impostor, ut illi conuiciantes iniuste dicunt: sed qualem apud Græcos extitisse Minoem gloriantur, & post eum reliquos legislatores. Pars enim eorum leges suas loui acceptas ferunt: Minos uerò ad Apollinem, & ad Delphicum eius oraculum legum effata referebat: siue quia sic re uera esse putabant, siue quòd se tanto esse facilius persuasuros arbitrabantur. Quis autem leges rectissimas tulerit, & quis Dei naturam optimè fuerit assequutus, ex legum ipsarum collatione perspicere licebit: iam enim de his dicendum est. Igitur singulorū morū legumq; apud oēs homines infinitæ sunt differentiæ. Pars enim uni alicui, alij paucis, alij plebi reipub. potestatem commiserunt. At noster legislator nihil tale spectauit, sed theocratiam (ut uerbo paulò duriore utar) instituit, hoc est, Deo soli principatum imperiumq; tribuit, & omnibus ut in illum intuerentur persuasit: ut qui bonorum omnium author ea tum communiter cunctis hominibus, tum priuatim singulis præbeat. Neq; hoc solum, uerum etiam quibus rebus interdixit, earum interdictionem Deo ascribit. Et illi quidem Deum unicum principem docuisse uidentur, † sed reuera præter eum fabulosos quosdam finxere Deos. Qua quidem in re cum difficultate laborarent, latere illius oculos non potuerunt: quippe quem non solum facta nulla, sed ne arcanæ quidem cogitationes fugiant. Vnum quidem eum esse pronunciauit nostra lex, inaccessum, ingenitum, sempiternum, intemporalem, immutabilem, omni mortali forma pulchritudine præstantiorem, & potestate tantum nobis cognitum: substantia autem qualis sit, incognitum. Atq; eadem de Deo sentire uidentur sapientissimi Græcorum, cum solum principem obiter pronunciantes. Nam si Deus est, non sunt dii: ut ingenuè dicam, quæ naturæ illi experti principij honesta sint & consentanea, quæq; Dei maiestatem uerè deceant. Ac quòd hæc illi didicerint principia præbente Deo, nunc dicere prætermitto: quòd autem & honesta sint, & Dei naturam ac maiestatem admodum deceant, testati sunt. Nam & Pythagoras, & Anaxagoras, & Plato, & qui post eos fuere Stoici philosophi, deniq; propemodum omnes eam uidentur de Dei natura habuisse opinionem. Sed quia apud occupatam opinionibus multitudinem ad tempus philosophabantur, disciplinæ ueritatem proferre ausi non fuerunt. At noster legislator, qui consentanea dictis opera præstaret, non solum sui temporis hominibus persuasit, uerum etiam illorum perenni posteritati immutabilem de Deo persuasionem ingenerauit. Cuius rei causa est hæc, quòd & legem tulit eiusmodi, quæ in perpetuum utilitatem afferret singularē. Neq; enim uirtutis unam partem fecit pietatē, sed eius cæteras quoq; partes uidit uidelicet, iusticiam, continentiam, frugalitatem, & ciuium inter ipsos rerum omnium concordiam. Omnes enim actiones nostræ, & exercitationes, & sermones eò tendunt, ut pietatem erga Deum colamus. nihil enim horū inexamminatum aut indefinitum reliquit noster legislator. Nam duo modi sunt omnium disciplinarum institutionumq; morum: quorum unus loquendi magister est, alter in omni morum exercitatione uersatur. Et cæteri quidem legislatores sententijs discreparunt: & horum altero, ut cuiq; uisum est, sibi delecto, alterum prætermiserunt. Veluti Lacedæmonij & Cretenses moribus

bus instituebant suos, non oratione: Athenienses uerò, & ferè cæteri omnes Græci, quæ agenda forent aut omittenda legibus præcipiebant, sed suos ad illa opere præstanda assuefacere neglexerunt. At noster legislator ambo hæc magna diligentia copulauit. Nam nec inertem reliquit morum exercitatio- nem, nec orationis legē ociosam esse uoluit: quin protinus à prima nutrica- tione & priuato cuiusq; uictu exorsus, nihil ne tantulum quidem cuiusquam permisit arbitrio: sed & de cibis à quibus abstinendum, & quibus utendum esset, & qui nam in uictus commercium admittendi: itemq; de operum in ar- tibus perpetuatione, rursumq; eorundem intermissione: horum inquā, mo- dum lege terminauit, ut sub ea tanquam sub patre ac domino uiuentes, nihil uel uolentes uel imprudentes peccaremus. siquidem ne in imprudenter qui- dem commissa non animaduertendum censuit. Quin & pulcherrimam & om- nium maximè necessariam disciplinam statuit esse legem: quam quidem nō semel aut iterum, aut etiam sæpius audiri, sed septimo quoq; die, omisis ope- ribus, ad eius auditionem cōueniri, eamq; accuratè edisci iussit. id quod præ- termisisse legislatoris omnes uidentur: tantumq; ab eo absunt pleriq; omnes homines ut uiuant secundū leges suas, ut ferè ne quidē eas sciant, sed postquā peccarunt, dum demum se legem uiolasse discant ab alijs: quiq; maximos, & omnium maximè præcipuos principatus gerunt, ij suam ignorantiam in eo confitentur, quòd rebus administrandis præficiunt homines qui legum periti- am profitentur. At nostrū quilibet si de legibus interrogetur facilius om- nia quàm suum ipsius nomen dixerit. Hinc fit, ut eas à teneris statim unguicu- lis ediscantes, in animis impressas habeamus, & rari sint qui in eas delinquāt, & poenæ deprecatio nulla esse possit. Atq; hoc omnium primum admirabi- lem illam concordiam nobis peperit. Nam unam eandemq; habere de Deo opinionem, & uita moribusq; nihil inter sese discrepare, hoc uerò pulcherri- mum morum inter homines concentum efficit. Siquidē apud nos solos, neq; de Deo sermones audias inter sese pugnantes (qualia multa apud alios, idq; nō à uulgaribus solū hominibus, ut quemq; mouit animi aliqua perturba- tio, dicuntur: uerū etiam ipsorum philosophorum nonnulli talia ausi sunt, dum alij totam Dei naturam tollere conātur: alij eum gerere hominū curam negant) neq; in uitæ institutis discrepantiā uideas: quin cōmunia sunt om- niū opera apud nos, unusq; & secū ipse consentiens sermo de Deo, omnia di- cens illū intueri. Iam in uitæ institutis debere ceterorum omniū finem esse pie- tatem, uel ex mulieribus & seruis audias. Atq; inde extitit illud quod nobis ut probrum à quibusdam obijcitur, uidelicet quòd ex nobis nouarū artium inuentores, aut dicendi periti nulli exorti fuerint. Cæteri enim nulli patrio- rum, institutorum obtemperare pulchrum esse ducunt, & ut quisq; illa uio- lare maximè audet, ita primum ei dant sapientiæ testimonium. At nos con- trà unicā esse & prudentiam & uirtutem existimamus, nihil omnino uel face- re uel cogitare quod antiquis legis sanctionibus repugnet. Quod quidem argumentum esse censendum est, optimè latam esse legem. nam quæ secus se habent, ea correctionis egere euincit experientia. At nobis quibus persua- sum est, principio latam fuisse Dei uoluntate legem, eam non factam tectam seruare, impiū ducitur. Quid enim eius immutari: aut quid pulchrius inue-

*Moses doctri-
nam cum mori-
bus cōiunxit.*

*Iudei leges
suas ad un-
guem callēt.*

*Iudei legi sue
parent.*

niri,

niri, aut quid ab alijs desumptum melius proferri queat? nunquid tota reip. forma? Sed quæ nam pulchrior aut iustior esse queat, quàm quæ & Deum fecit omnium moderatorem, & sacerdotibus res maximas communiter administrandas commisit: rursumq; ceterorum sacerdotum gubernationem summo omnium pontifici credidit? Quos quidem sacerdotes non à censu, neq; à reliquis fortunæ dotibus, quibus cæteros excellerent, ei muneri primo statim præfecit legislator: sed quicumq; pōtificis gregales obediētia modestiaq; cæteris præstarent, ijs potissimum Dei cultum mandauit. Erat autem eorum muneris legem cæteraq; instituta diligenter curare, nam & omniū inspectores, & controuersiarum iudices, & condemnatorum punitores cōstituti sunt sacerdotes. Quis nam igitur principatus fieri possit hoc sanctior? aut quis honos Deo conuenientior? Vbi & plebs uniuersa ad pietatem est bene comparata, & sacerdotibus concredita est cura præcipua, & uniuersa res pub. instar ceremoniæ cuiusdam administratur. Nam quæ paucos dies in id incumbētes seruare extranei nequeūt, mysteria & ceremonias nominantes, ea nos magna cum uoluptate animiq; proposito immutabili perpetuò seruamus. Quæ nam igitur sunt pronunciata, & interdicta simplicia atq; nota? Primum est de Deo. de quo sic traditur: Deus habet omnia perfectus & beatus, ipse & sibi & omnibus sufficiens, principium, & medium, & finis. Hic ex operibus quidem suis, & omni erga genus humanum donorum genere sic clarus est, ut nihil supra: sed forma & magnitudine nobis ineffabili. Nam & omnis materia ad illius imaginem exprimendam est inepta, ac licet magni sit præcij, ad illius quidem gloriam probrosa: & omnis ars ad imitationis excogitationem est rudis. Nihil eius simile neq; cogitamus, neq; imaginari pium est. Opera quidem cernimus eius, lumen, cœlum, terram, solem, lunam, fluuios, mare, animalium generationes, frugum prouentus. Hæc fecit Deus nō manibus, neq; laboribus neque ullis adiutoribus adhibitis: sed ipso tantum uolente, sicuti uoluit, sic protinus facta sunt. Hunc sequi debent omnes, & uirtutem exercendo colere, est enim hic Dei colendi modus sanctissimus. Vnum templū est unius Dei, placet enim semper cuiq; sui simile. Cōmunis est mundus omnium Dei cōmunis. Hunc perpetuò colunt sacerdotes: quos semper regit, qui genere primus est. Qui quidem ante alios sacerdotes Deo sacrificat, leges custodit, dijudicat controuersias, conuictos delicti punit: cui qui non obedit, is pœnas luit tanquam in Deum impius. Hostias immolamus non ad satietatem ebrietatemq; nostram (nam Deo ingrata sunt hæc, præbent que contumeliæ & luxus occasionem) sed cum frugalitate, ordine, moderatione. Atq; ut sacrificantes maximè frugales simus, adhibendæ sunt ad sacrificia preces, primum pro communi omnium salute: deinde pro sua cuiusq;. nam ad communitatem nati sumus: quam qui suæ ipsius uitæ præfert, is Deo maximè acceptus est. Precibus & supplicationibus interpellatur Deus, non ille quidem ut bona det (dedit enim ipse ultro, & omnibus in medium proposuit) sed ut ea accipere, & accepta seruare possimus. Lustrationes sacrificijs procurandas præscripsit lex à cubili, à lecto, à coitu, & alijs multis, quæ scribere longum foret. Et hæc quidem de Deo eiusq; cultu nobis est oratio, quæ eadem lex est.

De Deo iterū.

Sacerdotū officium.

De Dei cultu.

De con-

De coniugijs autem sic traditur. Coniunctionem cum uxore eam demum admittit lex, quæ est secundum naturam, eamque ob liberorum procreationem. Maris cum mare coniunctionem detestatur, & morte mulctat. Vxorem ducere iubet non dotis gratia, neque raptu, neque dolo & fraude pellectam, sed ab eo ambitam quem penes sit eam dandi potestas, idque adhibitis cognatis idoneis. Est autem foemina uiro ad omnia, inquit, deterior: estque uiri prauitas mulieris uirtute præstantior. Proinde obediat, & hæc non sibi contumeliosa, sed ad obedientiam necessaria esse ducat. Deus enim uiro dedit imperium. Cum hac solus maritus rem habeto. Alienam comprimere nefas: si quis faxit, capitale esto sine ulla misericordia: quemadmodum & si quis uirgini alteri desponsatæ uim intulerit: aut si nuptam aut matronam pellexerit. Hæc omnia lex imperauit, & foeminæ interdixit ne unquam foetum suum uel exponat, uel corrumpat, sed omni ratione foueat. Effet enim naticida, si animam perderet, genusque diminueret. Iam uero qui coiuit, aut semen emisit, is mundus nequaquam est: quinimò etiam post legitimum uiri cum uxore congressum lauari iubet lex. fit enim animæ corporisque pollutio, tanquam quæ alium in locum transeat. Nam & dum corporibus ingeneratur anima, & rursus dum postea ab iisdem separatur, læditur. hanc ob causam lustrationem talibus lex imperat. Neque uero in puerorum natalibus conuiuia agitari, & ebrietatis occasionem inde capi uoluit: sed sobrium protinus principium fieri, & mox puerum literas doceri iussit, & legibus operam dare, maiorumque facta cognoscere: hæc ut imitentur, illas ut in eis educati neque delinquant, neque ignorantie prætextum habeant. Mortuis iusta perfolui sic uoluit, ut nec ad sepulturam magni sumptus fiant, nec monimenta extruantur insignia: sed funus à proximis procurari mandauit, & ut supstitites omnes ad exequias coeant lugeantque, sanxit. Lustrari autem iubet etiam defuncti domesticos à funere: tantum abest ut eos mundos esse iudicare uideatur. Cædem si quis uolens nolens uel commiserit, ne huius quidem poenā reticuit. Parentum honorem secundum Deum primum esse uoluit: ac si quis parentibus gratiam non referat, sed contra officium faciat, eum ad lapidandum tradi iubet. Et omnino omnibus senioribus honorem à iuuenibus exhiberi: quandoquidem antiquissima res sit Deus. Celari quicquam amicos non patitur: neque enim amicitiam esse, quæ non omnia credat. Quod si quæ interuenerint inimicitie, arcanum enunciari uetuit. Iudex si dona acceperit, capitale est. Subuenire alteri qui negligit, sons est. Quod quis non deposuit, ne tollito. Aliena ne attingito. Mutuum qui dedit, ne usuram accipito. Hæc & alia multa his similia mutuam inter nos communio- nem continent. Iam in extraneos qua nos æquitate uti uoluerit legislator, uidere est operæ precium. Apparebit enim, eum optimè prospexisse, ut neque nostra dilapidemus, neque nostra participare uolentibus inuideamus. Quicunque enim sub iisdem nobiscum legibus uiuere uolunt, eos comiter admittit, & coniunctionem non solum generis, uerum etiam institutionis uitæ esse censet. Sed qui obiter adeunt, eos cœtibus nostris admisceri noluit. Cætera quidem quorum est impertitio necessaria, omnibus egentibus præberi præcepit, ignem, aquam, cibum, uiam monstrare, insepultum non negligere, etiam erga hostes æquum esse. Nam nec agrum eorum igne uastari, nec cicures ar-

De coniugijs.

De lustratione
à coitu.De puerorum
educatione.

De funeribus.

Leges uariae.

De officio in
extraneos.

bores cædi permittit. Quin & prælio cæsos spoliari uetuit: & à captiuis ut abstineretur contumelia curauit, & maximè à feminis. Denicq; mansuetudinem & humanitatem nos docere usque adeò studuit, ut ne bruta quidem animalia neglexcrit: sed eorum solum hunc usum permiserit, qui apud omnes esse solet: alium uetuerit. Quæcunq; tanquam supplicantia domibus adhærescunt, interfici uetuit: neq; unà cum pullis parentes tolli permisit: quin eis parci iubet, necariq; uetat, etiam si iumentis infesta sint. Sic undiq; æquitatis rationem circumspexit, illis, quas dixi, legibus ad docendum utens, rursumq; alijs ad irrogandas fontibus pœnas sancitis inexorabilibus. Est enim plerisq; delictis pœna constituta mors: si quis adulterauerit, si quis puellæ uim intulerit, si mari stuprum offerre ausus fuerit, si sollicitatus ipse concesserit. In seruis quoq; lex est itidem inexorabilis: itemq; in mensuris aut ponderibus si quis fraudem commiserit: & de iniqua fraudulentaq; uenditione: & si quis alienum sustulerit, & si quod non deposuit sustulerit: omniū, inquam, pœnæ cōstitutæ sunt, non quales apud alios, sed maiores. Nam de iniuria in parentes, & impietate in Deum, si quis uel cōmissurus fuit, euestigiò perit. *Obedientiæ premium.* lis uerò, qui secundum leges omnia faciunt, præmium est non argentum, nō aurum, non gemmata corona: sed quod terrena omnia superat, & Deo propinquum est, amicum esse Dei, nam hominis Deo chari tale præconium est. Quin & ipse sibi quisq; testantem habens conscientiam credit (tum legislatore hoc uaticinato, tum Deo certam fidem faciente) ijs qui legibus obediuerint, & si pro eis moriendum sit, alacriter occubuerint, dedisse Deum ut renascātur, & de nouò uitam meliorem adipiscantur. Equidem hæc nunc scribere dubitarem, nisi ex operibus ipsis compertum esset omnibus multos sæpe nostrorum extitisse, qui ne uel uerbum contra legem proferrent, omnia generosè pati sustinuerint. Quod si non esset cunctis mortalibus nota gens nostra, neq; palàm esset uoluntarium illud nostrum leges sequendi institutum, & existeret scriptor aliquis, qui hæc ipse Græcis recitaret, aut se alicubi extra orbem cognitū incidisse diceret in homines, qui talem tamq; augustam de Deo opinionem haberent, & in talibus legibus longo æuo constanter perseuerassent, mirarentur, ut ego puto, omnes, ob crebras illas quæ apud ipsos existere solēt mutationes. Certè qui apud Græcos rerumpub. formas legesq; tanquam ipsi admirandi acutiq; scribere conati sunt, reprehendi solent, ut qui maiora uiribus susceperint. Atq; ut ceteros prætermittam philosophos, qui tale aliquid in suis operibus egerunt, Plato ille apud Græcos admirandus, ut qui & uitæ grauitate excelluerit, & dicendi facultate atq; eloquentia omnes in philosophia uersatos superauerit, ab ijs qui ciuiliū rerum sciētiam profitentur, pro pæmodum derideri solet & exagitari. Et illius scripta si quis considerauerit, multa inueniet facilia, & ad uulgi consuetudinem accedentia. Ipse Plato confessus est, ueram de Deo opinionem in uulgis indoctum proferre, non esse tutum. Sed Platonica quidem nouas quasdam esse leges existimant, magna cum licētia phaleratè scriptas. *De Platonis legibus.* Omnium autem legislatorum Lycurgum maximè admirantur, & Spartam prædicant omnes, quod illius leges diutissimè tulerit. Igitur & hoc in confesso esto, parère legibus, argumentū esse uirtutis. Et qui Lacedæmonios admirant, illorū tempus conferant cum reipub. nostræ

nostræ annis plusquam bis mille. Et illud insuper considerent, Lacedæmonios, quandiulibertatis compotes fuerunt, legibus sedulò obtemperasse uideri: sed postquam eorum fortuna mutata est, omnium ferè legum oblitos fuisse.

*Iudeorū cum
Lacedæmonijs
comparatio.*

At nos mille casibus ob regum Asię mutationes agitati, ne in extremis quidē malis leges prodidimus: nō equidē ocij aut deliciarū gratia eas colētes, quippe quæ, si rem perpendas, longē longēq; maiora nobis certamina & labores imponāt, quàm quæ Lacedæmonijs imperatæ uident ærumnæ. Nā illi quidem nec terram colentes, nec artibus incumbentes, sed ab omni opere immunes, pingues, & corpora sua ad pulchritudinē exercentes in urbe degebāt, seruis ad omnia ad uictū necessaria utentes, paratumq; cibum ab illis accipiētes: tantum ob pulchrū illud & humanū opus nihil non & faciebāt & patiebant, uidelicet ut omnes uincerēt cum quibus bellū gererent. Taceo quòd ne hoc quidem præstiterūt. Etenim non solum singuli, sed & multi sæpe neglectis legis præceptis uniuersi seipsos cum armis tradiderunt hostibus. At apud nos quis unquā uidit, non dicā tam multos, sed uel duos aut tres fuisse legū proditores: quamuis morte proposita, nō dico facilima illa, quæ pugnantibus solet accidere, sed quæ cum corporū cruciatu coniuncta est. quæ quidē esse uidetur omniū sæuissima. Itaq; ego arbitror nōnullos in nos uictos non odio sæuire, tanquā in ui subactos: sed quod mirabile quoddā spectaculum uidere cupiant, nū aliqui sint homines, qui nihil sibi malū esse credant, nisi si facere aliquid aut dicere cōtra suas leges cogant. Neq; uerò mirandū est, si mortē pro legibus ferimus omniū mortaliū constātissimē: quippe cum ne ea quidē instituta nostra, quæ uident esse facilima, facile ferāt alijs, uidelicet opera, & uictus tenuitātē, & nihil temerē, neq; ut cuiq; libuit comesse aut bibere, aut in concubitu sumptū ue modū trāsire: rursumq; ocij inuiolabilē statū tolerare. Cumq; qui gladijs cominus pugnat, & hostes aggressi in fugā uertūt, præcepta de uictu ne tantulū quidem curēt: nos cōtrā, quoniā in his quoq; legibus paremus, libeter hīc quoq; uirtutem nostrā exerere solemus. Et postea nobis, tanquam mortaliū longē ignauissimis, maledicūt Lysimachi & Molones, & huius generis alijs quidā improbi sophistæ, adolescentiū deceptores. Ego uerò aliorū iura discutere nolum. nostra em̄ nobis seruare patrium est, nō aliena taxare: ac de nō deridendo aut maledictis incessendo quos colūt alijs Deos, disertē nobis præcepit legislator, ob ipsam Dei appellationē. Sed cum accusatores nos facta contentione à se refelli arbitrent, tacere nequeō, præsertim cum quæ dicturus sum, ea non nūc primū à nobis excogitata, sed iam antē à multis, & quidem probatissimis, dicta fuisse cōstet. Quis enim eorū qui apud Græcos

*In Græcos Deos
inuebitur.*

summā habēt opinionē sapientiæ, nō & poetarū clarissimos, & legislatorum summa authoritate præditos uituperauit, q̄ tales de dijs opiniones olim uulgo hominū instillauerint: nimirū numero tot esse Deos, quot ipsi edere uoluerunt, eosq; alios ab alijs genitos, & quidem uarijs gignendi modis: Atq; eos quidem etiā loci uiuendiq; ratione, sicut animalū genera, diuidentes, hos sub terra, alios in mari, antiquissimos aut eorum in Tartaro uinctos collocarunt. Quibus uerò coelū tribuerūt, his uerbo patrem, re uera tyrannū dominūq; præfecerūt: ideoq; aduersus eum conspiratū fuisse tradiderūt ab uxore, & fratre, & filia, quam ex suo capite pepererat, ut cōprehensum eum in car-

Joseph.

FF 2 cerem,

cerem, sicut ille ipse suum ipsius patrem, cōiicerēt. Hæc meritò uehementē cruci-
tuperant præstantes prudētia uiri, ac præterea derident, si deorū alios imber-
bes & adolefcētes, alios seniores & barbatos esse censendū est: alios artibus
esse destinatos, hunc fabrū ferrarium, illā textricē, alium belligerantē, & cum
hominibus pugnantē, nōnullos fidibus canētes, aut arte sagittaria gaudētes.
Deinde eis exilire inter se seditiones, & de hominibus contentiones, usque
adeo ut nō solum inter se manus cōserant, uerum etiā ab hominibus uulnerati
eiulēt ac sese afflicēt. Iam quod est omniū proteruissimū, coitus intēperantiā,
& amores omnibus ferē tum maribus tū fceminis dñs tribuere, cuius est ab-
surditatis? Quid, q̃ nobilissimus ille & primus ipse pater deceptas à se graui-
datasq̃ mulieres in carcerē cōiici, aut aqua summergi patit̃, & suo fatu editos
neq̃ seruare potest, fato uictos, neq̃ sine lachrymis eorum mortes ferre? Iam
illa pulchra sunt, & ceteris cōsentanea, q̃ adulteriū in coelo ita impudēter spe-
ctat̃ à dñs, ut quidā etiā sese inuidere confiteant̃ uinctis in adulterio. Quid ni-
enim hoc illi facerent, cū nē antiquissimus quidem, & rex, ab uxoris con-
gressu continere se potuerit, donec saltē in cubiculū uenissent? Quid seruiens
tes hominibus dñs, & nūc ob mercedem ædificātes, nunc pecora pascētes, aliq̃
maleficorum ritu in ferreo carcere constricti: quem nam cordatū hominē nō
excitēt tum ad taxādos eos qui hæc excogitarūt, tum ad insignis stulticiæ cō-
demnādos qui admiserūt? Quid qui & Terrorē, & Timorē, quinimò & Ra-
biē, & Fraudē, deniq̃ quid non pessimorū affectuū in Dei naturā formamq̃
effinxerūt, & horū faustioribus ut sacrificarēt ciuitatibus persuaserūt? Itaq̃ o-
mnino necesse habēt nōnullos deorū existimare bonorū datores: alios Veio
ues appellare, atq̃ hos tanquā homines quosdā acerbissimos, muneribus do-
nisq̃ placāt, ingens aliqd' ab eis malū sibi impēdere putātes, nisi mercedē eis
præbuerint. Quæ nam igit̃ causa est tantæ inæqualitatis, tantiq̃ in Deū deli-
cti? Nimirū (ut eq̃dē existimo) q̃ neq̃ uerā Dei naturā principio p̃spexerūt
eorū legislatores, neq̃ quātū cōseq̃ ualuerāt, cognitionē accuratē explicarūt,
ut secūdu eam rerumpub. instituta cōponerēt: sed quasi res esset parui itidē
ut aliæ momēti, & poetis quos uellēt introducere deos, in quos quiduis ca-
deret: & oratoribus in ciuitates suffragijs allegere peregrinorū deorum ali-
quē idoneū permiserūt. Neq̃ non pictores & statuarij apud Græcos magnā
huius rei licentiā habuerūt, dum quisq̃ formā aliquā excogitat, hic ex argilla
figendo, ille pingēdo. Omniū uerò opificū clarissimi noui semp alicuius o-
peris materiā habēt ebur & aurū. Et fanorū quidē alia planē iacēt in solitudi-
ne, alia singulari studio frequentant̃, & expiationū omni genere exornant̃. Et
qui antea honoribus floruerāt dñs, cōsenuēre: q̃ uerò ætate uigēt, n̄ in secūdā
classē, ut honorificentius dicā, surrogati sunt. Alij noui, nescio qui, introdu-
cti religione potiunt̃, ut interim quæ diximus deserta loca derelinquant̃. Et
fanorū alia deserunt̃, alia cuiusuis hominū arbitrio recēs construunt̃: cū cō-
trā debeāt de Deo & eius honore immutabilē seruare opinionē. Et Apollo-
nius quidē Molo homo fuit demēs & arrogās. Nam qui uerē in Græcorū di-
sciplinis persati sunt, hos neq̃ quicquā eorum quæ diximus latuit, neq̃ frigi-
das illas allegoriarū excusationes ignorarūt. Itaq̃ illa meritò cōtempserūt, &
in uera decoraq̃ de Deo persuasionē nobiscum senserūt. Quamotus Plato,

neq̃

Quæ causa sit
peccati Græ-
corum in re-
bus diuinis.

neq; cæterorū poetarū quenquā censet in rempub. admittendū, & Homerū ablegat honorificè, coronatū, & unguento delibutū, ne rectam de Deo opinionē fabulis aboleat. Maximè autē legislatorem nostrū imitatus est Plato, tum in eo q̃ ciuibus nihil diligētius præcepit, quā ut omnes accuratè leges ediscerent: tum quòd curauit, ne temerè admiscerent ulli peregrini, sed ex solis ijs constaret respublica, qui legibus parerent. Horū nihil considerās Apollonius Molo, nos insimulauit, q̃ alios, alijs de Deo opinionibus occupatos non admittamus: neq; cum ijs cōmunicare uelimus, qui aliud uitæ institutū sibi delegerint. Sed ne hoc quidem nobis propriū est, sed omniū commune: nec solum Græcorū, uerū etiam eorum qui sunt apud Græcos probatissimi. Lacedæmonij uerò etiam peregrinos expellere soliti fuerunt, neque ciuibus suis peregrinari permittere: q̃ utroq; modo leges labefactari suspicarentur. Itaq; illi iniquitatis accusari meritò possunt, ut qui nemini uel ciuitatē impertirent, uel apud se commorari permetterent. At nos aliorum quidem instituta nobis imitanda non putamus: sed qui nostris frui uolunt, eos libenter admittimus. id quod indicium est, opinor, humanitatis & magnanimitatis. Et de Lacedæmonijs quidem plura dicere supersedeo. Athenienses uerò, qui ciuitatem suam cōmunem esse arbitrati sunt, quales se in his præstiterint ignorauit Apollonius, uidelicet quòd in eos qui uel unum uerbum cōtra illorum leges eloqui de dijs ausi fuerunt, inexorabiliter animaduertunt. Quānam alia de causā mortuus est Socrates? Neq; enim profectò urbem prodebat hostibus, nec fanum ullum depeculatus est: sed quia nouo more iurabat, & nescio quem genium sibi præesse siue serio, siue (ut dicunt quidā) ioco prædicebat, propterea ad mortē cicutæ potu obeundā est damnatus. Iuuenes quoq; ab eo corrumpi, causabat̃ accusator, q̃ eos ad patriæ reip. legumq; cōtemptū adduceret. Et Socrates quidē ciuis Atheniēsis tali supplicio affectus est. Anaxagoras autē Clazomenius erat: sed quoniā putātibz Atheniensibus Solem esse Deum, ipse molem esse dicebat igneā, illi eum morte omniū penè suffragijs damnarūt. Iidem Diagoram Melium, promisso si quis eum interfecisset talento, proscripserūt, quoniā eorum mysteria deridere dicebat. Et Protagoras nisi ocyus aufugisset, comprehensus interiisset: q̃ nescio quid de dijs scripsisse uideret, quòd cum Atheniensibus parum cōcordaret. Sed quid mirū si in uiros tā seueros se præstiterunt, cum ne sceminis quidē pepercerint: quippe qui sacerdotem illam interfecerint, quoniā eam quidā accusasset, q̃ peregrinos occultaret deos: id quod apud eos lege erat interdictū, capitis constituta poena, si quis peregrinū deum introduceret. Quā quidem illi lege cū uterent̃, non dubiū est, quin aliorū non putarēt esse deos: alioqn pluriū fruitionē sibi non inuidissent, tam bene scilicet administrabatur Atheniensū respub. Scythæ uerò humanis cædibus gaudētes, & parum à bestijs discrepantes, tamen sua sibi tuēda esse existimāt, & Anacharsim illū, cuius sapiētia Græcis fuit admirationi, ad se reuersum interfecere: quoniā Græcanticorū deorū plenus uenire uisus est. Apud Persas quoq; multos inuenias eandē ob causam affectos supplicio. Sed delectabat̃ uidelicet Persarū legibus Apollonius, illosq; suspiciebat, quoniā eorū fortitudo & de dijs concors opinio Græcis fuisset cōducibilis: hæc uidelicet in templorū concrematione, illa in eo, q̃

*De non admit-
tendis in ciui-
tatem peregrini-
is.*

*Supplicia ab
Atheniensibus
ob religionem
irrogata.*

*Scytharum re-
ligio, & Persa-
rum.*

*Iudei legum
suarum ser-
uantissimi.*

*Moses antiquis-
simus legisla-
tor.*

*Iudaicae leges
exteri emu-
lantur.*

propemodū in seruitutē ab illis redacta fuit Græcia. Et sanē omniū Persicorū morum imitator fuit Apollonius, tum alienas uxores stuprādo, tum pueros euirando. At apud nos uel bruto animali talē iniuriā intulisse capitale est: atq; ab hisce nos legibus abducere nec uictorū metus potuit, nec eorū æmulatio qui apud alios fuerūt in precio. Neq; fortitudinem ideo exercuimus, ut bella per avaritiā alijs inferremus, sed ut leges tueremur. Et cetera quidē detrimēta leuiter ferimus: sed instituta nostra si qui nos labefactare cogāt, tum uerò uel supra uires bella suscipimus, & extrema omnia cōstanter perpetimur. Cur em̄ aliorum leges æmulemur, cum uideamus eas ne ab ipsarū quidē authoribus fuisse seruatas? & meritò. Quid ni enim damnarēt Lacedæmonij infociabilē illā formā reip. neglectumq; matrimoniorū? & Elei & Thebani proiectissimum illū cum maribus cōcubitum? Nā quę olim honestissimē & utilissimē à se fieri arbitrabantur, ea nisi reipsa prorsus fugerunt, nō confitent: quinimò latas de eis leges admiscēt, quæ quondā tantū apud Græcos ualuerūt, ut etiam dijs mariū coitus tribuerint, eademq; ratione germanorū fratrum cōnubia, hanc sibi illicitarū & naturæ repugnantīū uoluptatum excusationē cōmīniscētes. Superfedeo nunc de poenis dicere, quot dederint olim pleriq; legislatores improbis cōpositiones, dum in adulterio mulctā pecuniariā, in corruptela connubiū sancīūt. Quot item in impietatis crimine occasiones suppedient negādi, si quis reū examinare conet. iam em̄ apud plerosq; meditatio inoleuit leges uiolādi. At apud nos nō ita est. Quin etiam si diuitijs, & urbibus ceterisq; bonis priuemur, at lex quidē nobis permanet immortalis: nec ullus unquā ludæorū uel tā pcul discesserit à patria, uel tā uehementer formidauerit dominos, quin legē magis formidet. Si igit ob legū uirtutes sic sumus in eas animati, fateant nos optimas habere leges. Sin malis legibus sic nos obtēperare arbitrātur, quānam poena digni sunt ipsi, qui melioribus nō pareāt. Et quoniam temporis longinquitas exploratrix creditur esse omniū uerissima, hanc ego testē non dubitē facere tum uirtutis nostri legislatoris, tum traditæ ab illo de Deo persuasionis. Nam cum immēsum tempus elapsū sit, si quis eum cum ceterorū legislatorū conferat ætatibus, inueniet eū longē ante omnes fuisse. Iā ipsius leges cæteris omnibus mortalibus semper magis magisque æmulationē sui cōmouisse, à nobis demonstratum est. Primum em̄ qui apud Græcos philosophati sunt, uisi sunt illi quidē patria instituta seruare: sed in actionibus studioq; sapientiæ illum sequuti sunt, tum eadē de Deo sentientes, tum uictus tenuitatē, & mutuā inter homines cōmunionem docentes. Quin & uulgo hominum magna iam pridem incessit æmulatio religionis nostrę: nec ulla prorsus est uel Græcorū urbs uel Barbarorū, nec ulla gens ubi nō septimi diei, in quo ferari solemus, mos increbuerit, & ieiunia, & lucernarū incensionēs, & multa de cibus nobis præcepta obseruent. Nostrā inter nos concordiam imitari conantur & facultatū impertitionē, et in actibus laboriositatem, & in ferendis aduersis pro legibus tolerantia. Etenim qd' est omniū admirabilissimū, citra uoluptatis illecebras ipsa per se lex inualuit: ac sicuti Deus uniuersum mundum permeauit, ita lex uniuersos mortales peruasit. Quod si suam quisq; patriam domumq; cōsiderauerit, is meis dictis nō diffidet. Quo fit, ut aut cōdemnandi sint uniuersi mortales uoluntariæ prauitatis, si aliena, eademq;

eademq; uitiosa, ante domestica, eademq; honesta, æmulari concupuerunt: aut inuidiæ suæ finē facere debeāt accusatores nostri. Neq; enim inuidiosum quiddam nobis uēdicamus, dum nostrum legislatorem honoramus, & eius de Deo effatis credimus. Nam etiamsi legum omniū uirtutem non intelligeremus, certē uel æmulantium multitudo fecisset, ut de eis nobis placeremus. Verū de legibus quidem & repub. in meo Antiquitatum opere accuratē tradidi. Nunc ea commemorauī quantū erat necessarium, non quōd uel alie- *Peroratio.* na recensere, uel nostra collaudare, mihi propositū esset: sed ut eos qui de nobis iniquē scripserunt, euincerē in ipsam ueritatem impudenter inuectos fuisse. Et sanē mihi uideor scripto meo satis pręstitisse promissa. Etenim in primis uetustum esse demonstrauī genus nostrū, quod accusatores recentissimum esse dixerant: & multos allegauī testes, qui antiquitatis nostræ in scriptis suis mentionem fecerunt, illis nullos esse affirmantibus. Cumq; Ægyptios fuisse maiores nostros dixerint, demonstratum est, eos in Ægyptum aliunde uenisse. Et cum ob corporum uitium eos eiectos fuisse mēti sint, planum factum est, eos & uolentes & cum singulari robore patriam terram repetisse. Et cum illi in legislatorem nostrum ceu uitiosissimum inuecti sint, cōpertum est uirtutis eius & olim Deum, & post illum tempus extitisse testem. De legibus nihil opus fuit oratione longiore. Nam ipsas per se perspectum est non impietatem, sed pietatem docere uerissimā, neq; ad hominum odium, sed ad facultatum communitatem incitare: iniusticiæ inimicas, iusticiæ curam gerentes, expultrices ocij & luxus: & quæ homines suis cōtentos & laboriosos esse doceāt, & à bellis habēdi cupidine gerēdis auocēt, & p legibus fortes esse faciāt: & in pœnis irrogandis sint inexorabiles, & uerborum eloquentia indecepte re ipsa semper confirmentur. Itaq; ausim equidem dicere, plurimorū simul & pulcherrimorum nos cæteris authores extitisse. Quid enim inuiolata pietate pulchrius? Quid iustius quā parēre legibus? Quid cōducibilius quā mutua fouere concordiam, & neq; in calamitatibus diuelli, neq; in rebus secundis sœuire seditionibus: sed in bello mortem contemnere, in pace artibus & agriculturæ operā nauare: & omnia & ubiq; ab arbitro Deo gubernari persuasum habere? Hæc si quidē ab alijs uel primum scripta, uel constantius fuissent seruata, nos illis ut discipuli magistris gratiā deberemus. Sin his nos maximē omnium uti cernimur, & eorum inuentionem primam nostram esse demonstrauimus, ualeant refutati Apiones & Molones, & quicunque mentiri conuiciariq; gaudent. Tibi uerō, Epaphrodite, maximē ueritatē amanti, & propter te ijs qui itidem genus nostrum cognoscere uoluerint, & hic & superior Liber scriptus esto.

FLAVII IOSEPHI. CONTRA APIONEM
Libri secundi finis.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

RERVM ET VERBORVM IN IOSEPHO MEMORABILIVM LOCVPLETISSIMVS

INDEX



Aron Moyfi in Aegyptum redeunt occurrunt	50	Abilamarodachus Nabuchodonosori F. in paternum regnum succedit. & loachimum e uinculis eximit	283	gnum pradicat	222
Aaron igneum uincit angelum	901	Abimelech amore Saræ captus	18	Achimias	277
Aaronis filij duo seniores dum offerrunt, exusti	72	Abimelechus principatum sibi quomodo uendicauit	126	Achilophel sibi ipsi manus affert	189
Aaronis sacerdotium	71	Abimelech ⁹ Sicimitas ulciscitur	127	Acme ad Antipatrum epistola	650
Aaronis uirga floret	87	Abimelechi fœdus cum Isaco	23	Acme malitia	476
Aaronis mors	88	Abimelechi mors	128	Actiacum bellum	624
Aaroni & eius posteris sacerdotium confirmatum	85	Abiramus & Dathamus terra ab sorpti	86	Adadus Sarrariam obsidet	246.
Abaneth qualis zona	63	Abisace puella calefacit senem Dauidem	204	& 235	
Abaris	855 & 856	Abisæus Ioabi frater	196	de Adado Nicolai Damasceni testimonium	178
Abaris Typhonis urbs	867	Abis & Nadabus igne sacrificio combusti	72	Adadum Damasci regem Dauid prælio superat	ibid.
Abaris urbs à pastoribus condita	869	de Abramo Nicolai Damasceni & Berosi testimonia	14	Adeus Solomoni infestus	221
Abbarus pontifex	861	Abramus unius Dei præco	13	admonitio Iosephi ad Iudeos	788
Abdastratus rex Tyrionum Baleastrato patri successit	858	Abramus cum Lotho fines partitur	14	Adoma Hebræis quid significet	29
Abdastrati mors	ibid.	Abramus Aegyptiorum religionem refellit	14	Adomus	ibid.
Abdeel Ismaelis F.	19	Abramus uictores Assyrios opprimit	15	Adonias regnum afficit	199
Abdemunus Solomonis ænigmata soluit	858	Abram in Gerara Palestinæ migrat	17	Adonias à Solomone ueniam impetrat	200
Abdon	129	Abramus à Deo tentatus	19	Adonias à Salomone occiditur	204
Abel à Caino interfectus	910	Abramus Isaco curat uxorem de Mesopotamia petendum	21	Adonibexerus ab Israelitis captus	117
Abelmachea oppidum mulieris prudentia seruatum	194	Abraham parens Iudeorum	760	edificia circa templum Hierosolymitanum incendantur	816
Abemerigus Isatæ filiam suam dat uxorem	546	Abrami natiuitas	13	Aegyptius falsus uates	555
Abener Dauidem adit 171 à Ioabo interfectus	172	Abrami in Aegyptum migratio	14	Aegyptius pseudopropheta Iudeos affligit	673
Abener ad Dauidem deficit 171 populum Dauidi conciliat. ibid. Asaem interficit	170	Abrami ex Chetura progenies	20	Aegyptius ranis infestatur	52
Abesalon à Chusi deceptus	187	Abrami domicilium, uicus	14	Aegyptus unde dicta	857
Abesalomus patris concubinas stuprat	187	Abrami mors	522	Aegyptus locustis infestatur 53 tenebris.	ibid.
Abesalomi cesaries	185	Abramo prole Deus pollicetur	16	Aegyptus à Cambyse uastata	53
Abesalomi contra patrem coniuratio	186	Acenchres	856	Aegypti reges cur Pharaones dicitur	217
Abesalomi mors 190 Dauidi nunciatur.	ibid.	Achabus Israelitarum rex impius	231	Aegypti rex pueros mares Hebræorum necari iubet	44
Abias Arabum rex ab Izate uincitur	549	Achabus Adado Syrorum regi parat	237	Aegypti ubertas	14
Abias Hieroboamum prælio uincit	229	Achabi Israelitarum regis mors	240	Aegypti descriptio	764
Abiathar	205	Achabi liberi septuaginta interficiuntur	251	ab Aegypti rege Sara raptæ	14
Abiatharus ad Dauidem se confert	159	Achar punitus	111	Aegyptij Israelitas affligunt 44. & Aegyptij mari obruuntur 55 (54)	
Abibalus Tyrionum rex	858	Acharis sacrilegium	110	Aegyptij à primordio uirilia circumcidunt	862
Abigea Nabali uxor Dauidem comotum placat.	162	Achazes Assyrios auxilio aduocat	261	Aegyptiorum plage	52.53
Abigeam Dauid ducit in matrimonium	163	Achaze Israelitarum regis gesta	480(260)	Aegyptiorum de Iudeis maledicta	866
		Achiabus	227	Aegyptiorum religio	878
		Achias uates	227	Aelius Gallus	431
		Achia propheta Hieroboamo regnum pradicat	222	Aemilius Regulus	522
				ænigmata Solomonis soluuntur	858
				erarium Iudeis nullum, præter sacrum	384
				Aethiopes à primordio uirilia circumcidunt	862
				HH Aethio	

INDEX

<i>Æthiopum expeditio in Hierosolymitanum agrum</i>	229	<i>Alexandra Aristobuli & Mariæ effigies mittit ad Antonium</i>	411	<i>Amalecitis regio</i>	29
<i>affectuum naturæ quam latè pateant</i>	896	<i>Alexandra fugam clam moliens deprehenditur</i>	412	<i>Amalecus nothus Aliphace filius ibidem.</i>	
<i>affectuum dux mens pia</i>	901	<i>Alexandra mors</i>	375	<i>Amalecite ad bellum se preparant aduersus Hebreos</i>	59
<i>affectibus nū imperet pia ratio</i>	896	<i>Alexandra dominationi iungunt se pharisei</i>	601	<i>Amalecitas fundunt Hebrei</i>	60
	897	<i>Alexandram pharisei seuire faciunt</i>		<i>Amalecite à Saulo uicti 147 et 148</i>	
<i>Agagus captus</i>	148	<i>Alexandram pharisei seuire faciunt</i>	373	<i>Aman Iudeos ad necem deposcens impetrat</i>	302
<i>Agagi mors</i>	149	<i>Alexandram proceres mitigare conantur</i>	373	<i>Aman consultrice uxore crucem erigit Mardoccheo</i>	304
<i>Agalla</i>	377	<i>Alexander à Iudeis deditionem postulat</i>	310	<i>Aman ab Esther apud regem accusatus</i>	306
<i>Agar ex Abramo grauida</i>	16	<i>Alexander Cleopatram ducit in matrimonium</i>	349	<i>Aman in crucem tollitur</i>	ibid.
<i>Agare persuadet angelus, ut ad herum reuertatur</i>	16	<i>Alexander Jonathan in summo honore habet</i>	349	<i>Amaramus exilio punitur</i>	545
<i>Agatharchide locus de Iudeis</i>	864	<i>Alexander octingentos Iudeos crucifigit</i>	371	<i>Amaraman Deus alloquitur</i>	45
	865	<i>Alexander Demetrium bello aggreditur 345 Jonathan in partes suas traducit</i>	346	<i>Amarinus Israelitarum rex</i>	231
<i>Aggeus populum animat</i>	294	<i>Alexander à Gabinio uictus</i>	382	<i>Amasas à Davide exercitui prepositus</i>	193
<i>agnum in templo parit bos</i>	817	<i>Alexander Glaphyram ducit in matrimonium</i>	439	<i>Amasas à Ioabo interfectus</i>	194
<i>agri Chananei diuisio</i>	114	<i>Alexander et Aristobulus Salomes ac Pherore calumnijs appetitur</i>	439	<i>Amasie uictoria de Israelitis</i>	256
<i>agricultura lex</i>	100	<i>Alexander rex constituitur 599 cum subiectis in gratia redire conatur 599</i>		<i>Amasias Amalecitarum deos colit</i>	257
<i>agrorum sabbatum</i>	77	<i>Alexander ob Glaphyre superbiam omnibus iniusus</i>	634	<i>Amasias à Ioab uincitur</i>	ibid.
<i>Agrippa operam nauat Claudio</i>	536	<i>Alexander eunuchos muneribus corrumpit</i>	636	<i>ambitio</i>	172
<i>Agrippa in uincula conijcitur</i>	507	<i>Alexander in uincula conijcitur ibid.</i>		<i>Amenophis Aegyptiorum rex 856 et 867 in Aethiopia aufugit</i>	869
<i>Agrippa soluitur</i>	510	<i>Alexander falsus deprehensus</i>	661	<i>Ameffes</i>	856
<i>Agrippa in Cesaris amicitiam se insinuat</i>	505	<i>Alexander Antiochi Epiphanis F. Ptolemaidè occupat 345 & 367</i>		<i>Ametbala Ioaz mater, impijs & impijs moribus predicta</i>	271
<i>Agrippa ex priuata fortuna ad magnam potentiam euectus 502. et inde.</i>		<i>Alexander Aristobuli F. securi percussus</i>	385 & 607	<i>Ammanite mutuis uulneribus cadunt</i>	242
<i>Agrippa Hierosolymam munit</i>	541	<i>Alexandri successores</i>	312	<i>Ammanite à Saulo uicti</i>	143
<i>Agrippa diuinitus ob insolentiam interficitur</i>	543	<i>Alexandri Antiochi Epiph. F. mors</i>	352. 363. & 601	<i>Ammanus</i>	17
<i>Agrippa rex theatrum Beryti exornat</i>	542 & 558.	<i>Alexandri expeditio in Coelefyriam</i>	369	<i>Ammaus exusta</i>	658
<i>Agrippa populo in auxilium mittit 3000 equites</i>	685	<i>Alexandri Iudeorum regis res gestæ</i>	366. & inde.	<i>Ammon Thamare sorori uxor inuenerit</i>	183
<i>Agrippa à Iudeis urbe pellitur</i>	684	<i>Alexandri cum parente reconciliatio 447 defensio</i>	446	<i>Ammon à fratre Absalom occiditur</i>	184
<i>Agrippa in Iudeam reditus</i>	539	<i>Alexandri & Aristobuli Herodis filiorum mors</i>	465	<i>Ammonite à Ioabo prelio uicti 180</i>	
<i>Agrippa gesta usq; ad ipsius obitum</i>	541	<i>Alexandri Antiochi Epiphanis F. ad Ionatham literæ</i>	546	<i>Ammonius insidiator Ptolemæ Philometoris occiditur</i>	351
<i>Agrippa ingenium</i>	542	<i>Alexandri cum Hyrcano & Aristobulo bellum</i>	605	<i>annis Sabbatici miraculum</i>	831
<i>Agrippa ad Herodem nauigatio</i>	504. & 505	<i>Alexandri literæ ad Ionatham</i>	346	<i>Amoris regio duabus & dimidia tribubus conceditur</i>	95
<i>Agrippa regis literæ ad Iosephum</i>	586	<i>Alexandro obuiâ exeunt Iudei</i>	311	<i>Amorei ab Hebreis uicti</i>	89
<i>Agrippa prodigalia 504 et 543 & 670</i>		<i>Alexandro Macedonia regi Pamphylum pelagus cecidit</i>	56	<i>Amos Manassis filius Iude rex propter impietatem occiditur</i>	268
<i>Agrippa ad Iudeos oratio, ad obediendum Romanis hortantis</i>	679	<i>Alexandrium arx</i>	603	<i>amphitheatrum Herodes extruit</i>	427
<i>Agrippa nūciatur Tiberij mors</i>	510	<i>Aliturus mimorum actor</i>	563	<i>Ananias Iudem Helenam & Ixatè Iudaicos ritus docet</i>	547
<i>Agrippam Eutychus apud Tiberium accusat</i>	507	<i>allegoria tabernaculi</i>	70	<i>Ananias cur Sedrach appellatus sit</i>	279
<i>Aicanus</i>	277			<i>Ananias & Chelcias Iudei Cleopatree copijs preestati</i>	364
<i>Aine oppidi excidium</i>	111			<i>Ananie malicia</i>	581
<i>ab Ainatis cladem accipiunt Hebrei</i>	110			<i>Ananias pontifex occiditur</i>	687
<i>Alanorum in terram Mediam irruptio</i>	838			<i>Ananus Ammamitinus Simonis fater</i>	813
<i>Albinus Iudee preses</i>	557			<i>Ananus Sethi F. pontifex constituitur</i>	495
<i>Alcinus pontifex constituitur</i>	339			<i>Anani felicitas</i>	557
<i>Alcinus pontifex manū facit</i>	340				Anani
<i>Alcimi pontificis mors</i>	342				
<i>Alexandra uxor Alexandri</i>	373				

I N D E X.

Anani ad populum cohortatio	740	seuus	899	condit	448
Anani encomium	749	Antiochus septem fratres ad legis		Antiquitatum libri quid contineant	
Anano sacerdotium adimitur	495	uiolationem cohortatur	902	561	
Anarabache quid	68	Antiochi edictum de templo Hiero=		de Antiquitate Iudaica qui Græci	
Anchus Gittæ rex	164	solymitano	322	scripserint	865
ancille & libertinæ questioni subij-		Antiochi de Iudeorum pietate & fi-		Antonia extructa	437
ciuntur	644	de testimonium	ibid.	Antonia arx collabatur	802
Andromedæ catenarū uestigia	724	Antiochi epistola in Iudeorum gra-		Antoniæ eueri iubetur	806
angeli lucta cum Iacobo	28	tiam	322	Antoniæ situs	781
angeli ab Abramo hospitio excepti	17	Antiochi opē inuocant Iudei	329	Antoniam inuadunt Romani	804
angeli à Lotho hospitio excipiun-		Antiochi Epiphanis interitus	337	Antonius Samosatam obsidet	405
tur	ibid.	Antiochi Pij mors	370	Antonij decretum secundum Iudeos	
Anileus Artabanum adit	517	Antiochi Dionysii in Iudeam expe-		395	
Anileus amoribus corruptus dege-		ditio	370	Apachnas	855
nerat	518	Antiochi Magni fauor in Iudeos		Aphrica ab Ophre denominata	20
Anilai uxor peregrinam religionē		321		Apion Iudeos accusat	512
retinet	519	Antiochi regis clades	837	Apionis Grammatici mendacia de	
Anileus uictus à Mithridate	520	Antiochi Epiphanis in Iudeos per-		Iudeis & tota uita taxata	874
Anilai mors	520	fidia	880	& 875	
animaliam mactatio	884	Antiochi tyranni mors	910	Apionis calumnia de Iudeorum iurē	
de Animæ immortalitate Indorum		Antiocho Samaritæ assentantur	330	iurando	883
opinio	844	Antiphilus	471	Apionis mendacium de Græco ho-	
annales Tyrriorum	857	Antipas regnum affectat	583 &	mine à Iudeis immolando	880
annales Phœnicum	861	654		Apionis mendacium de Zabido	882
annales Hebræorum	852	Antipater Salomes F. Archelaum ac-		Apionis mors	884
annales à Græcis neglecti	851	cusat	483 & 655	Apionis locus	874
Annius Rufus	495	Antipater Aristobulum in regnum		Apis	868
Annius Minucianus	522	restituere conatur	602	Apollonius Syriæ Phœniciæq; præ-	
L. Annius Goraſam capit	758	Antipater quomodo claritatem &		fectus	898
annus Iobelus	78	potentiam sibi parauerit	376	Apollonius Antiochi dux interfici-	
Anthedonem restaurat Gabinus		Antipater Aristobulo inuisus	602	tur	332
382		Antipater à Nicolao accusatur		Apollonius Ionathā prouocat	349
Antigonus iunior Romam cum suis		649		Apophis	855
sororibus deportatur	381	Antipater in uincula cōiicitur	473	Apſanes Israelitarum præſes	129
Antigoni & Antipatri lis apud Cæ-		Antipater conuiſtus	475	aqua in sanguinem conuerſa	52
sarem	386	Antipater Herodem adit	647	aqua amara dulceſcit	57
Antigoniani ab Herode apud Hiero-		Antipater Iudeos Hyrcano conci-		aque calide apud Emmauntē	496
chuntem uincuntur	403	liat	387	aque apud Iotapatenos penuria	
Antigonus à Soſio & Herode oppri-		Antipater ueneno tollitur	393 &	712	
mitur	407 & 409	479		aquilæ aureæ direpte ultio	654
Antigonus ab Aristobuli satellibus in-		Antipater præfectus Iudææ declara-		aquila cur utantur in uexillo Roma-	
terfectus	598	tur	609	ni	709
Antigoni crudelitas	621	Antipatri Herodes F. malicia	466	ara DEO VICTORI à Moſe ex-	
Antigonus se dedit	623	Antipatri contra Herodem infidie		tructa	61
Antiochus Epiphanes Hierosolymā		468		ara inaurata tabernaculi	68
uaſtat	239 & 594	Antipatri genus	376	ara ex duodecim lapidibus extructa,	
Antiochus Eupator templum Hiero-		Antipatri calliditas	632	& Paſcha celebratum	109
solymitanum obsidet	339	Antipatri proles	384	Arabes	19
Antiochus Ionatham sibi conciliat		Antipatri res geste 385. cum Cesa-		Arabes uincit Herodes	419
353		re amicitia.	386	in Arabiam Herodis expeditio	
Antiochus Pius cum Hyrcano fœ-		Antipatri in Herodem maligna ſtu-		457	
dus init	361	dia deprehenſa & ulta	646 &	Arabum mulieres uenefice	470
Antiochus cum Iuda fœdus facit	339	inde		Aranes Abrahami frater	13
Antiochus Grypus occiditur	370	Antipatri infidias Herodes cognō-		arboribus frugiferis parcendum in	
Antiochus Comagenæ rex	542	ſcit	470	militia	105
Antiochus Hyrcanum obsidet	596	Antipatri contra patrem conspira-		arca ad Hebræos reportata	137
Antiochus ciues prodit	828	tio	641 & inde	arca in Hebræorum caſtra portatā	
Antiochus Eleazarum ad ueſcendū		Antipatrum Iudei primores accu-		135	
immudis inuitat	899	ſant	388	arca ab Dauide Hierosolyma trans-	
Antiochus Epiphanes ſuperbus &		Antipatrum Herodes accusat	473	lata	176
		Antipatridem oppidum Herodes		arca Noë reliquie	546

INDEX

Arcades antiquitatem sibi arrogant	851	rerum summa conflictus	802	audaciam Iudeorum nuncii Romanorum disciplina	784
Archelaus Herodis minas arte dissolvit	637	Aristobulum Herodes tollendum curat	412	augurium cuiusdam Germani de Angrippe	507
Archelaus & Philippus falso accusantur	646	Arion ab Hyrcano in vincula coniectus	326	aula regia	778
Archelaus è suggesto responsa dat populo	481	arma Romanorum	707	auriculae Hyrcano amputantur	399
Archelaus Alexandrum patri reconciliat	456	arma Aegyptiorum Hebraeis distributa	56	Axioramus	277
Archelaus Viennam relegatur	492	Arphachsadai	13	Azael	248
Archelaus ethnarcha instituitur	660	Artabanus Parthorum rex ad Izatem confugit	548	Azael Iudeos infestat	255
Archelaum defendit Nicolaus	484	Izate opera in regnum restituitur	548	Azarias	277
Archelai somnium	661	Artabanus Asinai & Anilai amicitiam expetit	517	Azarias cur Abdenago sit appellatus	279
Archelai erga populum liberalitas	653	Artabanus regnum adipiscitur	497	Azarias in ardentem fornacem proficitur	909
Aretas rex Arabum contra Aristobulum expeditione suscipit	377	Artaxerxes Mardocheum ab Amasene iubet honorari	305	Azarias victores Iudeos ad pietatem cohortatur	230
Aretæ augurium	502	Artaxerxis edictum, quo Iudeorum supplicium revocatur	306	Azotum instaurat Gabinus	382
Aretæ Herodes bellum infert	417	Artaxerxis epulum	300	azymorum festum	53
& 501		Artorius dolo servatur	811	& 54	
Argivus Acusilaus	851	arula suffumigatoria tabernaculi	68	B	
Ariochus	15	Asael ab Abenero interfectus	170	Baal rex	861
arietis instrumenti bellici descriptio	714	Asanethe Iosephi uxor	36	Baalis uates ab Elia uicti interficiuntur	233
adversus Arietem consilium Iosephi ibid.		Asanus Iudeorum rex Zareum regem Aethiopum nunciat	229	& 252	
Aristæi ad Ptolemeum oratio	313	Acalon	702	Babylon sub Balibafare capta	284
Aristobulus & Alexander praefecti	641	Aferitum fors	114	à Babylonijs templum Hierosolymitanum crematum	860
Aristobulus Scaurum muneribus corrumpit	602	Aschaneis eunuchus Iudeorum pueris prepositus	279	Babyloniorum muri fluvio circumdantur	860
Aristobulus castella occupat	374	Aserymus	858	Babylonium uelum	780
Aristobulus cum sua familia captivus Romam ducitur	605	Asiaticorum ad Cesarem legatio	450	Bacchides amicitiam cum Ionathas init	345
& 381		Asineus & Anileus fratres manum faciunt	516	Bacchides à Mathathia occisus	594
Aristobulus ducit Bernicen in matrimonium	439	Asineus sit potens	518	Bacchides Iude infidatur	340
Aristobulus Romæ vinculis elapsus	382	Asinei mors	519	Bacchidis ciuitelitas	594
Aristobulus praelio uictus ab Aretæ	377	Asineum & Anileum aggressus Sathrapa vincitur	517	Bacchidis in Iudeam missi victoria	342
